LAMENTA ET SOLAMINA,

AD

Nobilissimum, Magnificum, & Strenuum

VIRUM, DN.

JOHANNEM HUBRIGIUM,

Illustrissimi atq; Excelsissimi Principis

Würtembergensis, Teccensis, & Olsnensis,

Consiliarium & Cancellarium longè dignissimum,

itemq; Ducalis ibidem Consistorii Adsessorem ut primarium, ita Gravissimum,

Cùm summæ Pietatis & indolis elegantissimæ

Filiolam natu grandiorem

DOROTHEAM MARIAM,

DEO Opt. Max. sic volente, inter assiduas precationes,

Olsnæ d. 16. Junii AN. 1651. hora sexta vespertina placidè & Leate

obdormiscentem, ac postea d. 21. Ejusdem in crypta templi Aulici ad Dormitorium suæ prosapiæ peculiariter concameratâ, Christiano ritu conditam, nimis acerbè lugeret,

Scripta & missa.

ab

Hubrigiani sangvinis

FAUTORIBUS, ET CULTORIBUS.

OLSNÆ SILES. ex Officinâ Typograph. JOHANN - SEYFFERTI.

Hieronymus in epistola ad Paulinam, deplorantem obitum filiolæ Blesillæ.

Abraham, Moyses, Esaias, & super omnia, Filius DEI *moritur, & nos indignamur aliqvem exire de corpore, qvi ad hoc forsitan raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus; placita enim erat* DEO *anima ejus; propterea properavit eam educere de mediâ iniqvitate, ne longo vitæ itinere deviis oberraret anfractibus. Lugeatur mortuus, sed ille, qvem Gehenna suscipit, qvem tartarus devorat, in cujus pœnam æternus ignis æstuat. Non vereris, ne Tibi Salvator dicat: Irascceris Paula, qvia tua filia mea est filia? indignaris de judicio meo, & rebellibus lacrymis facis injuriam possidenti. Clamat non illa: Mater, si unqvam me amasti, si tua ubera suxi, si tuis sum instituta monitis, ne invideas gloriæ meæ.*

SQvalida vis mortis penetrat dum pectora, langvet
Robur & Herculeum, Virgineusq; rubor,
Qvæ pia non solvit madidos Elegeia capillos?
Qvæ sine singultu labra genæq; rubent?
Unica marcentis Tulipæ tibi tactio curæ est,
Filiolæ ast obitus qvàm gravis ossa qvatit:
Esse nefas dixim, flores marcere juventæ,
Virgineum, esse nefas, morte perire Decus.
Ast æterna Poli vegetans dum gaudia anhelat
Spiritus, haud curat mox peritura soli:
Ergò rubens terris dum Flos emarcuit, horto
Est Paradysiaco qvàm bene floris honos!

MARTINUS à KNOBELLSDORFF & New-Bilau / in Kammendorff / Sachwitz / Stradanocklitz / Ullbersdorff / & Nieder-Fürstenau / Sæ. Cæsæ. & Regæ. Maytis. nec non Serenissimi ArchiDucis Leopoldi Willhelmi Consiliarius, per utramq; Silesiam Cancellarius Regius, Com. Pal. Cæsareus.

Vivere præterito mihi Nata ubi desiit anno,
E tribus illa mihi qvæ super una fuit:

KUNIGUNDA mea ô VERONICA, ô unicè amata!
Cordis ô una mei delicies & amor!
Condoluisse mihi memini Te, summe virorum,
Inclita quos gremio continet Olsna suo.
Postqvàm anno currente Tibi qvoq; Filiam, HUBRIGI,
DOROTHEEN-MARIAM mors properata tulit:
Qvæ Tuus, ac Genitricis amor; qvæ magna voluptas;
Ædibus in vestris qvæ faculæ instar erat:
Natas inde Tibi lachrymas haut culpo paternas:
Mœrorem ac luctum sed doleo ipse Tuum.
Dum modò ne misero nimis indulgere dolori,
Questusve immodicos ingeminare velis.
Nam qvid? num Natas nobis periisse putemus,
Quæ summo vivunt lætæ alacresq; polo?
Displiceant nobis num, qvæ placuére JEHOVÆ?
Num decreta ausis carpere sancta DEI?
Absit id à nobis. Tua qvæ pietasq; fidesq;,
Æqvâ mente, ferunt qvæ Tibi Fata, feres.
Nobiscum ingeminans: *Dominus dedit: abstulit idem:*
Idem etiam justo tempore restituet.
Et qvid? nulla mihi cùm filia porrò supersit,
Quæ patrem possit exhilarare senem:
Est Tibi adhuc, & erunt (sic opto atq; auguro) plures:
Delicias aptæ ferre subinde novas.
Qvò minus, ac nobis, causse est Tibi: funera Natæ
Cur animo doleas impatiente Tuæ.

Plura

Plura Tibi sed cur dicam solatia, nemo
Dicere qvæ melius, qvàm Tibi Tute, qveat?

Συμπαθων facieb.

NICOLAUS HENELIUS ab Hennenfeld in Kurmitz JC. Sacr. Cæsar. Majest. nec non Illustriss. Principis Lignicensis Consiliarius, Ducatûs Monsterbergici Pro-Cancellarius, inclitæq; Wratisl. Reip. Syndicus.

Eheu! filia svavitudo patris,
Eheu! filia svavitudo matris!
Qvòd in flore cadis jacesq; vitæ
Recisæ sicelice mortis atræ;
Hinc mœror patris es dolorq; matris.
Passus vulnus idem, pii Parentes,
Vobis condoleo dolente mente.
Sed nolite nimis dolere vestrum
Corelum: nempe Deus pater benignus
Vestram Dorotheam *malis* Mariam
Ereptam voluit, sibiq; junctam
Pulchri sideris instar in poli arce
Inter splendidulas micare stellas.
Hìc cum jubilo habebitis puellam,
Qvam cum cordolio doletis. Undè
Vestræ filiolæ beatitudo
Vobis summa siet süavitudo.

Singularis testandæ Συμπαθείας suæ causâ erga Magnificum Dominum Parentem ἐκδίδωσιν

ANANIAS Weber / SS. Theol. Doctor, Ecclesiæ ad S. Elisabethæ ædem Pastor, & cæterarum orthodoxarum Ecclesiarum & Scholarum Vratislaviensium Inspector.

O homo ne longam fruſtrà tibi finge ſenectam!
Hac hora vita eſt: hac etiam morimur.
Qvis dubitat mecum? Tua, Frater, non ſine luctu
Comprobat exemplo Filia amata ſuo.
Prima dies ſanam vidit; videt altera at ægram;
Tertia langventem, qvâ moriens moritur!
Numqvid? ſed cœlo vivit nunc illa ſuperſtes;
Nunc memori æternum prædicat ore Deum!
Ne placeat nobis nimiùm ſceleratior orbis;
Te, me per ſcopulos ducat ad æthra Deus!

Deb. condol. c. deproperab.

HENDRICH RÖSLER
U. J. D.

Delitias horti dum captas tempore verno
innocuâ curâ, Fautor amate mihi;
Parca fores pulſans noxam meditatur acerbam,
qvam Laribus fidis det malè-fida tuis.
Nec mora; Flos marcet, qvô non Tibi gratior alter,
FILIA, purpuream verè imitata rosam.
Non tamen occubuit, meliori climate digna
transferri meruit ſolis ad usq; domum.
Jam magis arridenſ ſuperûm viridantia Tempe,
Ver ubi perpetuum neſcia mortis agit.

Conjunctiſſimi Dn. Collegæ luctui, qvantum poteram, levando

f.
MATTHÆUS Scholtz/Conſiliar. Würtemberg. Olsnenſis.

Deflet

Deflet amoris opes PATER, & ſibi MATER ademptas,
dum nece DOROTHEE Gnata MARIA cadit
HUBRIGA. qvid lacrumæ? tantùm mortale qvod eſſet
depoſitum terræ; qvodvé perrenne, polo
reddidit: in terris denatum nomen AMARI
perpetuum in cælo vivere δῶρον erit.
Magna dies Domini æternos has reddet ad annos,
qvas Pater & Mater deflet amoris opes.

Debita condolentiæ ergò appoſuit

GODFRID SCHILTBACH
Illuſtriſſ. Duc. Lignic. Conſiliarius.

Ereptam ſubitò Tibi Gnatam, dulcis Amice,
Hubrigi luges. Exigit hoc Pietas.
Sed tamen eſt medium, qvod non violare jubemur:
Velle Dei, noſtrum velle qvoq; eſſe decet.
Tu menti Gnatæ ſedem gratare beatam,
Oſſibus & reqviem qvæſo precare bonam.
Ex fletûs & Te labyrintho emergito, & almam
Ferto voluntatem, qvi regit aſtra, DEI.
Fit Gnatæ bene: ſunt hûic funera fœnora: lethum
Eſt lætum: atra dies hûic fit & alma qvies.
Nobis ſed reſtat ſpacium breve, vitaq; noſtra eſt
Morbi preſſura & ſarcina magna mali.

Qvêis

Quêis exempta modo est prorsus THEODORA MARIA
Mortiferam vitam haut amplius ægra terit.

Ita condolentiam suam Amico suo percharo declarare voluit

JOH. ROSARIUS de Rosenberg/in Gonschwitz / Hypothecarius possessor in Wammen / & Sadewitz. Illustrissimorum Bregensium Ducum, ut & Illustris Dn. Sigismundi Sigfridi Lib. Baronis de Prommitz, Dn. in Pless, Sora, Tribel, & Naumburg, Lusatiæ inf. Præsidis Consiliarius.

ALLUSIO

in

pientissimè defunctæ

Virginis

DOROTHEÆ MARIÆ

Præ-Nomina.

Si mare Mundus, homo si Navis, portus Olympus,
Immanuel céles si modò Nauta foret;
Quanta DEI dos ista! brevi pede dum mare sulcans
Quæsierim portum, JAH Moderante, Poli!
Gaude mœsta Parens! MARIAM sine; Mortua namq;
Sum, ceu viva fui, dos, THEODORA, DEI.

Debitæ condolentiæ ergò scribebat

JOHAN-HENRICUS CUNRADUS,
Illustrissimæ Ducis Teschenensis Consiliarius.

IN varios veluti non rarò flumina rivos
Videmus undas spargere,
Sicq; ad diversas, diversaq; climata & oras
Vires suas diffundere:
Sic, HUBRIGE, tuus me jam qvoq; mœror inundat,
Et pectori sese ingerit,
Tristia Dilectæ dum destes funera lugens
Et justa solvis Filiæ.
Macte tamen Virtute tuâ neu cede dolori,
Sed ito contrà audentior,
Assumens imâ fortis de pectoris orâ
Robustiores spiritus.
Scilicet hic semper Divini Numinis est mos,
Et haud voluntas infreqvens,
Tristia ut immittat primò, pòst læta remittat,
Vicissitudine optimâ.
Hinc tu defunctam tristi succumbere morti,
Qvam credidisti Filiam,
Hanc rursus rutilo cernes succedere Olympo,
Multis onustam gaudiis,
Et dices: Bene sic! decuit velut agmine in uno
Divis Piam conjungier,
Hanc neu sacrilegi rapiat de tramite recto
Mundi furor per devia.

Amico summo sincerè condolens solatii ergò fundeb.

CHRISTOPHORUS Freywald
Lib. Baron. Milicens. Cancellarius.

Ad Nobilissimum Dominum

Hubrigium filiam natu majorem lugentem.

Hactenus ut nostros Mavortia tela Penates
afflixére, malum sensimus omne simul.
Artibus imprimis teneram formare juventam,
Obstitit exempli vis numerosa mali.
Hinc tolerabilius natos deflere peremptos,
Sqvalida qvos belli tempore Parca tulit.
Qvi sibi probroso moniti spectamine morum
Infamem Satagunt conciliare notam.
Cùm tandem Patriæ pax exoptata refulsit,
Eventu cedit res qvoq; cepta bono.
Ad pietatis opus teneras componere mentes,
artibus & pueros erudiisse licet;
Qveis laudata Patrum qvoq; per vestigia ductis
proposito famæ celsiùs ire libet.
Intolerabilius sic natæ plangere fatum,
Invida qvam pacis tempore Parca rapit.
Sed velut adversis virtus exercita rebus
surgit, & è tenebris ire per alta solet.
Sic qvoq;, DOROTHEÆ fato, constantia mentis
Emicat ostendens, qvæ mala ferre qveas?
Ceu hominis non est, mala non sentire; dolorem
Sic, neq;, non æqvo pectore ferre, viri.
Hinc natæ pacis qvi tempore funus amatæ
fers placidè, famæ fers anathéma Tuæ.

Condolentiam suam attestaturus deprop.
in Conventu Stat. Silef. Vratisl.

CHRISTOPH HAIN à Löwenthal,
Sacri Palatii Cæsarei Comes, Illustrissimo
Comiti de Hazfeld à Consil. & Cancellarius
in Baronatu Trachenberg.

Mortua

Mortua qvæ Gnata est, habuit P qving: Puella
Nam Pia, nam Prudens, Pulchra, Pudica fuit.
Et fuit atq; manet cælesti consita prato,
Floret, & æterni signa decoris habet.
Qvam gratis dedit atq; iterum jure abstulit, idem
Ubere cum reddet fœnore Jova Pater.

DJe Gottes gab ist todt / der Eltern trost und wonne/
Des gantzen Hausses zier / die Hoffnung / Freud und Sonne /
So viel den leib betrifft / die Seel ist aus der Welt /
Von Gott ins Paradeiß / versetzet und gestelt /
Da ist Sie eingepflantzt / helt Jhre liebligkeit /
Für seinem Angesicht / grünt Sie in ewigkeit /
Gegeben hat Sie Gott / und wiederumb genommen.
Wir werden / wann Gott will / zu Jhr mit Frewden kommen.

Ita vir optime, compater, & Amice desideratissime,
justo dolore tecum doleo.

M. GEORGIUS SEIDELIUS
Vratisl. in Neapoli ad Spir. S. Præpositus, ad D. Bernhardini Pastor, & judicii Ecclesiastici Assessor.

Salutem, & officia paratissima!

AMabilissimæ pulcherrimæq; Filiolæ tuæ, Magnifice & Consultissime Dn. CANCELLARIE, Dne Compater, &

Patrone honorande; nondum oblivisci possum, & sæpius imago ejus mihi qvasi ob oculos versatur, cujus utrumq; nomen hac ipsâ horulâ sequentem mihi imperavit allusionem, qvam ex tempore in hanc chartam etiam conjeci, non ut eam eruditissimis tuis auribus dignam judicarem; sed ut affectum meum cùm in TE, *tum in cœlis jam triumphantem testarer. Si otium & tempus commodum nactus fuero, aut si fortasse prælo Amicorum lacrumæ committentur, nullum non movebo lapidem, ut carmen aliqvod à me impetrem, qvod si non* TE *dignum, testando tamen dolori meo sit sufficiens. Vale, Vir Magnifice, & ama tibi vel Solduriorum lege*

Olsnæ d. 17. Julii 1651. devinctiss. C. F.

Eheu! qvàm THEODORA Tibi fit amara MARIA,
Dulcior in vitâ qvæ tibi melle fuit.
Ingenium ætatem superans, pulcherrima parvi
Corporis effigies, & pietatis amor,
Blandisonusq; lepos, & culta modestia morum
Corq; Patris reverens, omnigenumq; decus,
Et qvicqvid Tibi dulce fuit, fit amarius omni
Felle, Decus recipit dum DEUS hocce suum.
Scilicet hîc THEODORA fuit mutabile DONUM;
Illic sed proprium fiet, AMICE, Tibi.

* * * *

Inscriptio sepulchralis.

HOSPES *morare paululum, non Te diu*
Jam detinebo: isthoc sita est sub marmore
DOROTHEA-MARIA perbrevis Parentium
Amœnitas, & vix trienne Gaudium,
Qvod surpuit fati invida inclementia
Præpostero ordine ante tres fraterculos
Sororculamq; *parvulam: sed &* Patrem,
Et ante MATREM *hâc horulâ superstites.*
Delibera, si qvid Pater *sit, noveris,*
Animô ferenda qvô Tibi sint filiæ
Tenerrimæ simul, simul pulcherrimæ
Inopina fata, *luctuiq; tam gravi*
Moderare, si potes; vel hunc *justissimum,*
Sed Christianum, judica. Hospes, MORTUA,
Ut vivis, æqvè vixit, & morieris, ut
Hæc ipsa: sic hîc *vita truditur! vale,*
Age res tuas, æternitatem cogita!

Cupressum hanc exeqvialem, dolore & mœstitudine plenus erexit:

CHRISTOPHORUS FREITAGIUS P.L.C.
Illustriss. Princ. VVurtenberg. & Olsnensi à Concionibus Sacris, Ecclesiæ Olsn. Pastor, Consistorii Adsessor, & Presbyter I in Ducatu Senior Primarius.

THRENODIA
Magnifico & Nobili Viro, Domino
JOHANNI HUBRIGIO,
Consiliario Illust. Pr. würtenberg. & Olsn. dignissimo,
Ducatûs Olsnensis Cancellario fidelissimo, Patri moestissimo,
Dn. Compatri colendissimo, exhibita,
Postqvam Filia dilectissima DOROTHEA-MARIA præcoci fato,
ex terreno miseriarum ergasterio, in cœleste anapauterion commigravit.

HUBRIGII Clarissimi
Proh filiæ Charissimæ
Planctu canendæ neniæ,
Quam mors rapit celerrimè.

Heu saucià, res ardua
Est, mente, versus fingere:
unde ordiar, sum nescius?
Donet Jehova Spiritum!

Culpâro si ferociam
Et mortis inclementiam,
Non audiet voces meas;
Minas graves sed negliget.

Mors impudenter in DEUM
Culpam sepulchri transferet;
Sed cuncta rectè qui facit,
DEUM reprendere est nefas.

Si cepero pertexere
Longas querelas, filiæ
Quod vita perbrevis fuit?
Planctum videbor addere.

Tentâro si vel filiam
Ornare laude debità
Quantum crearit gaudii
Mœstissimis Parentibus?

Quantumq; gaudii simul
Vivens movisset ceteris
Et voce, gestu, & indole?
Fricabo rursus vulnera.

Si Sympathiam debitam
Ostendero verbis meam;
Nemo negabit affici
Me jure Condolentiâ!

Si proferam Solatium,
Non est opus, quisq; asseret;
HUBRIGIUS dura omnia
Fert æquitate amabili.

Quid dicerem, quòd antèà
Huic sit viro non cognitum?
Vanum, addere, est arbusculas
Sylvæ arduæ & densissimæ.

Quòd præstet esse Numinis
Mentem potentis in manu,
Quàm Fata in orbe perdito
Hîc sustinere atrocia.

Quòd in Sepulchro molliter
Corpus quiescit conditum,
Jungemur & cum gaudio
Nos in die Novissimo.

Hæc cuncta scis & applicas,
Amice dilectissime:
Scis rectè & applicas benè
DEI juvantis gratiâ.

Ergò silebo deniq;;
Modò hoc precabor unicè:
JEHOVA clemens arceat
Lethi furorem in posterum!

Te

Te, Compater, tegat DEUS,
cum Prole, Conjugem piam,
Reddatq; mox cum fœnore,
iniqua mors quod abstulit.

Et cùm geratis turgida
Mœrore pleno pectora,
Vos erigat suavissimo
DEUS suo Solamine!

II. VOTUM.
AD CHRISTUM
directum,
die emortuali 16. Junii.
Olsnæ in Consistorio:

eâdem fermè horâ, qvâ beatissima Filiola
in Domino obdormivit.

HUBRIGII moritur charissima filia major,
O solare pium, CHRISTE benigne, Patrem,
Ne lachrymas fundant Genitoris lumina plures,
Cætera servato pignora chara diu!

III.
Inscriptio Lapidis
Sepulchralis
ad Viatorem directa,
d. 26. Junii.
peracto funere.

Siste gradum, jacet hic HUBRIGI *sanguine creta*
Proles, quæ terræ mortua, viva polo.
Tam citò cur moritur? rogitas? ah desine, non mors,
Ast DEUS *hanc redamans in sua regna vocat.*

IV. Ex

IV.

Ex nomine ſuavisſimo Virginis quondam lepidisſimæ & feſtivisſimæ

Anagramma:

DOROTHEA MARIA;

EA HORA DORMIAT:

inventum,

& ex Voto beatè dormiturientis ita elaboratum,

animoq; condolenti à Parente talium παθημάτων non ignaro Parentibus mœstisſimis tranſmiſſum, unà cum ſeqq. Odis Germanicis.

Filia Eâ, *Domino quâ viſum eſt,* dormiat Hora;
Sic rediviva ſuo tempore ſurget ovans.

V.

Uber des ſeeligen Töchterleins/ meiner Hertz-vielgeliebten J. Patin/ letzte Worte:

Ich wil Schlaffen gehen.

Als die Tochter ſolte ziehen
Eylends aus der Welt zu Gott/
Und die Eltern auff den Knien
Anno 1651. Rufften ernſtlich in der Noth:
d. 16. Junii Als wir traurig bey Ihr ſtehen
hor. 6. matut. hor. Sprach Sie: Ich wil Schlaffen gehen.
12. merid. & ſeqq: Bald kam die gewüntſchte Stunde
d. 16. Junii Daß Sie Gott ließ ſchlaffen ein/
h. 6. veſpertinâ. Nam die Seel auff von dem Munde
Pſ. 4. v. 9. Ohne zucken/ ohne Pein:

Alſo

Alſo ſchläfft Sie ohne Sorgen
Gantz mit Frieden biß an Morgen.
1. Theſſ. 4. v. 16. Biß des Engels wort wird Schallen
Durch das letzte Feld-Geſchrey/
Und denn mächtig ruffen allen/
Daß der Tag verhanden ſey/
Da wir ewig ſollen leben/
Und in vollen Freuden ſchweben.
Ey ſo laſſet Sie nu ſchlaffen/
Gönnet ihr die gutte Ruh.
Iſt ſie doch bey Chriſti Schaffen/
Da es gehet beſſer zu:
Sie geneiſt der Ewigkeiten/
Und der rechten Friedenszeiten.

VI.

Chriſtmäßige Erklärung der hochbetrübten Eltern gegen Gott.

Ja ô Gott wir übergeben/
Vnſre Tochter/ die Ihr leben
Seeliglich/ nach deinem Rath/
In der Welt beſchloſſen hat.
Biß du Sie wirſt aufferwecken/
Wolſtu ihren Leib bedecken/
Und mit ſolcher Ruh verehrn/
Die kein Feind ihr kan zerſtörn.
Du wollſt ihre Seel ergetzen/
Mit den reichen Himmels-Schätzen/
Vnd uns ſelig aus dem Leid/
Hernach holen zu der Freud.

Besser kan uns hier nicht werden /
Biß man uns legt in die Erden:
Apoc. 14. v. 13. O wie selig ist der Todt
Dem/der Stirbt und ruht in Gott!

Ex intimo Συμπαθείας affectu
à
DAVIDE BOHEMO,
Ecclesiæ Patriæ Bernstadiensis Aulicæ & oppidanæ Pastore, Presbyteri in Ducatu Olsn. Seniore, & Consistorii Duc. Adsessore.

DOMINUS DEDIT.

Qvod dedit, hoc repetit DEUS; *& sua jura reservat:*
Seu det, seu repetat, REX, PATER *usqve manet.*
Non igitur Servi *est,* DOMINO *Jus ponere; non est*
Nati *fortè* PATRI *dicere: cur facis Hoc?*
Nam DEUS *est* Dominus *justus;* Pater *est qvoqve sanctus:*
qvod jubet, hoc Justum *est; qvod facit, omne* Bonum *est.*
O THEODORA! *Patri suavissima filia: proh qvàm*
qvàm citò, dum moreris, facta MARIA *mihi es!*
Sic nihil *hîc* solidum: *nihil est sub sole serenum:*
Divisum imperium VITAQ;, MORSQ; *tenent.*
Reddo tibi charum, PATER *ô sanctissime,* Donum;
Juste PATER, *repetis, qvod fuit ante Tuum.*
Ah THEODORA DEO *grata! ô mea Nata! meum Cor!*
Vive DEO! DOMINO *dum præeunte sequar.*

Non

Non MORS, *non Satanas, Peccatum, Tartara, Mundus,*
Æterno scindent nos ab AMORE DEI.
Illa DIES *aderit; qvin & præsentior instat;*
qvæ feret omne BONUM; *finiet omne* MALUM!

DOMINUS ABSTULIT.

Patri mœrenti
piè condolendo
ABRAHAM de FRANKENBERG.
L. M. Q. f.

Angeris in mediâ tristi mœrore medulla,
Filiolæ ob mortem Fautor amande tuæ.
Non mirum: durum est privari prole, parentum
Qvæ spes, qvæ fulcrum, deliciumq; fuit.
In cujus vultu pietas probitasq; resedit,
Et multorum hominum qvam celebravit amor.
Est ita: ego ternâ expertus sum sorte dolorem,
Qvando mei cordis fissio facta fuit.
Sed cum conjugio erepta est mihi BARBARA *conjunx;*
Dimidium cœpit cordis abesse mihi.
Qvæ facienda mihi? tamen hæc fortuna ferenda est,
In manibus DOMINI *sorsq; dolorq; meus.*
Mancipio dantur conjunx & pignora lecti
Nunqvam, sed licitum est hos revocare DEO.
In nos & nostros divina potentia juris
Plus habet; & qvod agit nemo inhibere potest.

 Omni-

Omnipotens certè vult & facit omnia rectè,
Inq; bonum, quod vult, vultq; facitq; DEUS.
Ecquid in hoc mundo præter gemitus, lachrymasq; ?
In cœlo nobis gaudia certa manent.
Charos Nata habuit flores hortumq; decorum,
Illius ecce animam nunc Paradisus habet.
Siste igitur lachrymas, DOMINO committe dolorem;
Is solus talem nam relevare potest.
Arbitrii non est nostri generatio prolis,
Ille potest solus multiplicare domum.

Sympathias ergo scripsi anno ætatis meæ præter 3. Septimanas 77. completo, Doctoratûs 47.

BARTHOLOMÆUS VVILLENBERGER
de Willenberg U. J. D.

DOROTHEA MARIA HUBRIGIA.

anagr.

OH! MIRARI HABEO GRATA DIU.

Cicero pro M. Marcell. §. 84.

Quid est enim omninò hoc ipsum Diu, in quo est aliquid extremum; quod cum venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo est, quia postea nulla futura sit?

Nazianzenus Præceptis ad Virgines vers. 148.

— Τί δὲ μακρὸν ἐφημερίοιο βίοιο;
— *quid enim, mihi dicito, longum*
Hæc mortalis habet, fatoque obnovia vita?

Defun-

Defuncta alloqvitur Parentes.

Qvi fuerat communis amor, pia corda Parentum,
Vivebam vobis grata *ego, vosq; mihi.*
Haut nobis tamen, in mundo qva semita rerum est,
Mutuiter licuit gaudia ferre diu.
Inde dolor; gravis ille qvidem justusq; ; sed idem
Tantus, ut adsit, eum qva medicina levet.
Esto: Mathusalæ nobis contingeret ævum,
Sortis & affluerent æqvora tota bonæ:
Non esset Fortuna tamen diuturna *vocanda,*
In qvâ sint finem grata *habitura suum.*
In cœlo, Vitæ ubi finis *nulla qviescit,*
OH! MIRARI HABEO GRATA futura DIU.

non consvetudine tenus, sed seriò
& Συμπαθειαν *declarare, & consolationem offerre volebat*

M. ELIAS MAJOR, P. L. C.
Gymnasii Vratislaviensis Elisabetani Rector & Professor, cæterarumq; ibidem Scholarum Inspector.

Nobilissimo, Amplisf. & Consultisf.

DN. HUBRIGIO

CANCELLARIO OLSNENSI,
DOMINO ET FAUTORI DEVENERANDO
SAL. ET SOL.

Res amara, sui satûs propagem,
Floridam, lepidam, piam propagem,
Inter luctificos videre morbos,
Morte præpete præripi Parenti.
Nec stetit, nisi flebilis, MARIA
Dirâ sub cruce Filii: nec omnem

Se Natura potest negare, qvando
Sentit id, qvod amat, subire mortem.
Sed talis subigi potest amaror;
Sublatâ cruce, Luce cor beari;
Et pelli penitus pericla mortis.
Qvî, subtristior inq vias? HUBRIGI,
CONSI nobilis, Optimi virorum,
Si Patris placitum seqvâre morem:
Et nasci Tibi cum scias MARIAM,
Dici DOROTHEAM velis, & esse;
Cum mori videas Tibi MARIAM,
Dici DOROTHEAM scias, & esse.
Dono scilicet id *DEI* paratum est,
Qvo Mortis subigi potest amaror,
Qvo pressâ cruce, Luce cor beari,
Et pelli penitus pericla mortis.
Qvodnam? DOROTHEAM qvod è Tenebris
Tumbæ restituet, Patriq; reddet;
In CHRISTO *renitens*, AMOR PARENTIS,
à qvo Dona meræ fluunt salutis.
devotâ Mente destino

M. VALENT. KLEINWECHTERUS
Gymnas. Vratislav. Magdalenæi Rector.

Pignora chara thori donum sunt dulce Jehovæ,
Morte sed heu fiunt munera acerba patri!
Expertus Pater est mœstus, qvi flebile funus
Insequitur Natæ corde dolente suæ!
In vita DORON Domini, mare mortis acerbum
Post obitum facta est nata Maria patri.
A Domino factum, qvod factum, crede, Patrone:
Is dat, qvi tollit dona decora thori.

Desine

Desine tristari, mortis destructor JESUS
Mox veniet reddens dulcia dona Patri.
Debitæ observantiæ & condolentiæ ergò
paucula hæc apposuit
BARTHOLOMÆUS HILSCHERUS,
Pastor & Senior Trebnicensis.

WIRTTEMBERGENSIS, qvi *Cancellarius* audit,
TECCIÆ & OLSNENSIS *Principis*, *Hubrigius*
Lugubris incedit, qvid causæ? Causa sat urgens,
Illius ex oculis filia rapta nece est.
Non erat exigua hæc, sed portio magna parentum,
Basiolum Matris, svaviolumq; Patris.
Nam fuit hæc genio, ingenio, formâq; venustâ
Consimilis Matri, Consimilisq; Patri,
Ad nutum illorum qvin & cupidissima vixit,
Curarumq; Patris dulce levamen erat.
Non ergò immeritò Nata hæc lugenda dolenda,
Nec, velut ex oculis, excidet ex animo.
Sed tamen, ut par est, hæc est lugenda dolenda,
præcessit modò vos, ex patria, in patriam.
Patria terrestris lacus est & lerna malorum;
Cœlestis verò patria plena boni.
Hâc fruitur tua Gnata, polo, *Vir magne*, qvid ergò?
Velle DEI unius sit qvoq; velle tuum.
Quæ Natam exhilarat, patriam nos poscimus omnes,
Da DEus, hâc & nos prosperitate frui.
Observantiæ & debitæ condolentiæ ergo f.
SEBASTIANUS PREUS, JC. & Pract. Olsnens.

Fragran-

Fragrantes verno Violæ ceu tempore ſurgunt,
Et verno rurſus tempore diſſereunt.
Scilicet, HUBRIGI, tua ſic THEODORA MARIA
Pullulat & fragrat; flaccet abitq; cito.
Flaccet abitq; citò Virtutis flore Puella
Fragrans, qvæ Matris Spes, Oculusq; Patris.
Afficit hoc valdè mœſtiſsima Corda Parentum;
Nec mirum: redolent, bella Puella, tuæ
Blanditiæ, luſus, pia verba precesq;, Parentes
Qvêis nôras miris exhilarare modis.
Sed ſcio, Mœcenas mihi ſemper honore colende,
Caja cum charâ Dogmata Dia colis.
Hæc ſunt, qvæ poſſunt lachrymas abſtergere, ſunt hæc
Qvæ Tibi ſolamen ſuppeditare qveunt.
Optima qvippe DEI juſtè ſpectanda Voluntas,
Qvem penes eſt vitæ jus ſimul atq; necis.
Is Pater eſt, novit Nobis qvid & utile Noſtris;
Computus humanus cæculus eſſe ſolet.
Quid Mundus? tetricum Spinetum, Lerna Draconum,
Mœroris carcer, Neqvitiæ Stabulum,
Curarum Pelagus, Piſtrinum, Delila fallax,
Hoſpitium Satanæ, Carnificina Piûm.
Decipit Ætatem teneram facilè, juvenesq;
Opprimit incautos, perdit & ipſe ſenes!
Vicit jo! vicit tot monſtra MARIA, *locata*
In cœlo Victrix nunc HALELUIA canit.

Uno

Uno oculi obtutu accepit THEODORA MARIA
Munera, quæ ſuperant totius Orbis opes.
Dives in æternum, ſatis Hæc formoſa, decora
Sponſula cum CHRISTO vivit ovatq; ſuo.
Floret, marcebit nunqvam, nil ſentit * *AMARI;*
In gremio dulci fragrat amore DEI.

* MARIA per metath.

DOROTHEA MARIA, *per ἀναγρ. duplex.*
Ah! odor jam erat.
At mori adorea. [*exemtâ literâ b*]

Præclari *ingeminant gemebundâ voce Parentes;*
Ah! jam *florida* ERAT *Filia noſter* ODOR!
AT *citò ſumma* MORI, *pia reddit,* ADOREA, *Nata:*
Ante DEum *fragro ſemper odore novo!*
flagro *amore*

* * *

Epigramma alludens ad Nomina; DOROTHEA MARIA,
qvibus Beata Virguncula in ſacro-S. Bapt. initiata.

Proles *qvòd* DONUM DOMINI *ſit, noſcitis Ipſi,*
Tu, Vir ſumme, Pater cum Genitrice probâ.
Qvòd ſit amarities Donis *& juncta* JEHOVÆ,
Noſcitis; hoc Natæ nomina bina docent.
Qvòd properè vobis Hoc Donum *aufertur*, amarum eſt;
Sed pia ſic proles omnia amara fugit.

Magnæ Dignationis Viro, Dn. Parenti, ob præproperum Filiolæ amabiliſs. abitum, non obitum, dolenti gementiq; malagma hoc Sp. S. probatiſsimum, honoris & condol. ergò
qvaliter qvaliter adplicare ſtudebat
ELIAS HOJERUS Eccleſiæ Stroppenſis Paſtor & Miniſterii in Duc. Olſn. Senior.

Gutter Nacht-Wuntsch/

Des Weyland Edlen / Viel Ehr- und Tugendreichen Jungfräuleins/

DOROTHEÆ MARIÆ, gebohrner Hubrigin; An Ihre hochbetrübte Eltern.

Betrübt Euch nicht zu viel / daß ich so jung von Jahren /
Bezahle der Natur den Zohl/ noch unerfahren;
Was recht das Leben sey. Der Todt hat seine Hand
Bald gegen Westen zu/ bald Ost-werts außgesand:
Da würget Er ein Kind/ dort' aber einen Greissen;
Wer kan sich seiner macht und Tyranney entreissen?
Auch nicht Mathusalas. Hat der nicht wolgethan/
So zeitlich an den Port sein Schifflein ländet an/
Und für dem Sturm bewahrt? Es pfleget ja zu haben/
Der am geschwinsten rent/ die auffgesetzte Gaben /
Wenn man die Wette läufft. Ach gönt mir meine Ruh!
Die Glieder werden faul/ die Augen fallen zu/
Kein Sinn besinnt sich mehr. Es wird mich wohl auffwecken
Der mir macht diesen Schlaff/ so wohl für Angst und schrecken/
Bewahren meinen Geist/ und selbst mein Wächter sein:
Nun Eltern gutte Nacht/ Ich schlaffe seelig ein.

Auß Christlichem Mitleiden gesetzt/ seinem Hochgeehrten Herren Gevattern/ Schwagern/ und Großen Beförderern

von

Samuel Heinnitz / der Kayserl. Stewer und Gefälle Ober Einnehmern im Olßnischen Fürstenthumb/ wie auch Fürstlichen Würtembergischen Rentmeister zur Olßen.

Sæpè

Sæpè mihi tristis patulas vox perculit aures,
Summe vir, Olsniaci lux radiosa soli,
Tristior at nunqvam, qvàm qvæ de funere Natæ
Vera nimis spargit, nostra per arva, Tuæ.
Natæ, qvæ Paphiam formâ, Pietate Rebeccam,
Qvæ Charites blandis æqviparare sonis,
Et poterat qvondam Tibi gaudia mille, dolenti
Eximium Matri conciliare decus.
Vir bonus est commune bonum, communia nobis
Gaudia, communem tristitiamq; parit.
Hinc meritò tristor, sed Tu magè, pectus anhelum
Cui secuit nigræ fervida sica Deæ.
Ecqvid enim Suboles, nisi cordis massa Paterni?
Mors Subolis, vulnus, qvid, nisi triste Patris?
Ingemit amissâ Cytheréia prole columba,
Et corruca brevis pignora rapta dolet:
Est etiam mutis sua lamentatio brutis,
Cernitur in rabidis mœror amorq; feris.
Non igitur certas conor Tibi figere leges,
Arida dum salsô flumine busta rigas.
Pauca tamen brevibus liceat comprêndere metris,
E Græci doctis Præsulis hausta libris:
Atropos ad vitæ melioris gaudia ducit,
Temnimus hinc atræ Spicula dira Necis.
Occinit at Ratio: compages corporis omnis
Solvitur, exiguus sit caro nostra cinis,

Chrysost. cap. 10. Matth. Hom. 35. Tom 1. edit. Basil. Ann. 1525. fol. 97. D.

Naſcitur unde dolor; Ratio puerilitererrat,
Nonne magis plausûs ingeminare decet?
Corporis interitu qvia mors corrumpitur ipſa,
Qvod mortale cadit, corporis eſſe manet.
Funditur æs, ſtatuam Polycletus ut indefiguret,
Hoc tamen haud qvisqvam deperiiſſe putat:
Corpora ſic Lacheſis meliorem ducit ad uſum.
Hactenus aureolô dictus ab ore Pater.
Colligis hinc facili ſolatia vivida niſû,
Plura ſed æterni ſuggeret Aura Patris.
Hic Patriæ, Patriæq; Patri Te ſervet, & annos
Defunctæ tribuat, bis geminetq; Tuis.
Ad tumulum Muſæ violas & lilia portant,
Melpomene tales ſculpit in ære notas:
Quam tulit ante diem mors immatura, Puella
Carpit in æthereis gaudia vera plagis.
Et morum decus, & Pietas maturior annis,
Effugiunt avidum, non moritura, rogum.
Nymphula, lacrimulis madidas appone corollas,
Vivere nec tantùm ſed qvoq; diſce mori.

Dolori acerbiſſimo leniendo & ſummiſſæ erga ſummum virum obſervantiæ conteſtanda ſcrib.

MICHAEL KIRSTENIUS,
Smoll. Eccleſ. Miniſter & Senior.

Extre-

Extremum Alloqvium,

Natæ denatæ
ad
Mœſtiſſimum Dn. Parentem.

DOROTHEA MARIA.

Per Anagramma:

O mi! Hora aderat.

O mea, *mi* Genitor, luges qvid funera planctu,
Fataq; qvid mœres præproperata nimis?
Jure ſuum qvivis repetit: non ergò Jehovam
Culpes, dum terris me ſupereſſe vetat.
Pignora namq; thori ſunt Ejus dona, qvod ipſum
Nominis en! ſignat dictio docta mei.
Hora aderat mortis, qvâ me Sator ille dierum
Ereptum terris ad ſua regna vocat.
Vixi; & qvem dederat curſum mihi Jova peregi;
Nunc cælis, Illum morte ſecuta, fruor.
Ergò modum luctûi, finemq; impone dolori,
Et qvævis animi triſtia ſigna fuga:
Illa dies veniet, qvæ TE mihi junget Olympo;
Ut mecum capias gaudia mille, Vale.

Concinnat. & oblatum honoris & Condolentiæ ergò

à nominis Hubrigiani devoto Cultore

GEORGIO HEUSIGIO,
Illuſtriſſ. Principi Würtenberg. & Olſnenſ. ab expeditionibus.

DOROTHEA MARIA

ἀναγραμματικῶς.

Deo Amara Thori.

Gustat Amara Thori *simul ac* HUBRIGIUS *! ante*
Qvi gustavit ovans Dulcia dante Deo.
Filia dulcis erat, dederat qvam JHOVA, parenti !
Cùm rapitur, tunc fit dulcor amaror ei.
Sic solet ire solo, miscentur tristia lætis,
Svave qvod Illicium, mox grave cordolium.
Sic placet atq; Deo cum Natis ludere charis,
Qvos hodiè exhilarat, cras cruciatq; pios.
Perfer amice Parens, dolor hic testamen Amoris
Divini, cujus blandus amaror Amor!
Est durum, fateor, tamen & tolerabile! Gnatam
Nam rapuit Dominus, qvi dederatq; prius:
Ne videat sordes mundi, Deus ecce repentè
Transtulit è pravis in meliora locis.
Qvare Filiolam morte haud obiisse, sed illam
Saltem abiisse, minùs deperiisse putes.
En dilecti abiit Sponsi Charissima Sponsa!
Desponsata suo, qvi sua Vita, Deo.
Sat sibi, sat Tibi, sat Matri, sat vixit Amicis,
Cujus corpus humum, Spiritus Astra subit.
Æqvè chara nimis Genitoribus! at magis illa,
Crede mihi, æternum charior ante Patrem.
DOROTHEÆ nunqvam desunt, *cum fœnore, si vult,*
Is donare tibi Pignora multa potest.

* * * *

Alia German: lugenti Matri.

Was den Eltern bringet Frewde /
Und Sie lieben hertzlich sehr/

Das betrübet Sie auch beyde /
Wenn sie alßdenn sehn nicht mehr/
Das was Sie zuvor ergetzet/
Weil sichs hat mit Jhn geletzet.
Solten denn die Threnen flissen
Nicht von diesen Eltern beyd/
Weil der Todt plotz hat gerissen
Auß den Augen/ von der seit /
Diß was Gott Jhn hat verehret/
Und damit Jhr Hauß gezieret.
Was der Tag ist ohne Sonne /
Jst die Eh ohn Kinderlein /
Jenes bringet schlechte wonne /
Dieses krenckt des Hertzens schrein.
Sol die Sonn verfinstert werden /
Bringts den Menschen viel beschwerden.
Wie die Sonn die beyden Hertzen
Von den es herkommen ist /
Hat diß Kind in Frewd und Schmertzen
Erfrewt höchlich ieder frist.
Weil die Tugend Strahlen blickten/
Und Jhn manche Lust erweckten.
Diese Sonn ist überzogen
Jetzt mit finstern Wolcken sehr/
Weil Sie Jhn der Tod entzogen /
Daß Sie nicht zu schawen mehr.
Es umbschattet Sie die Erden /
Darzu wir auch müssen werden.
Daher kan ich auch nicht sagen /
Was bißher die gantze Zeit/
Als Jhr liebes Kind begraben /
Sie ergriffen hat für Leid.
Denn so hoch es Jhn beliebet/
Der Abschied Sie auch betrübet.

Ob man nu nicht kan verdencken
Der getrewen Eltern Hertz/
Daß Sie sich nicht wenig krencken
Uber diesem grossen Schmertz:
Wird doch sehr des Kindes Frewde
Tröſten Sie in allem Leyde.
Denn ietzt kan es nichts verletzen/
Keine Trübsal/ Angst und Noth/
Freündlich thuts mit Lieb ergetzen
Sein Erlöser/ HERR und Gott.
Den anschawet stets die Seele/
Fürcht gar nicht der Hellen Höle.
Jetzt wischt ab all seine Threnen
Gott/ der es auff seiner Schoß
Helt/ darnach wir auch uns sehnen/
Erfilt es mit Frewden groß.
Es steht wo die Engel singen/
Lob und Ehr Gott allzeit bringen.
Der Leib ohne Qval und Sorgen
Ruhet sanfft und seuberlich/
Für Unglück im Grab verborgen/
Schewt für keinem Feinde sich.
Biß der HERR sein Hand außstrecken
Wird/ und auß dem Staub erwecken.
Da wird GOTT ihn schön verklären/
Leuchtend machen wie die Sonn/
Mit eim schönen Crantz verehren/
Den erworben uns sein Sohn:
Seel und Leib zugleiche Ehren/
Und ins Himmelreich einführen.
Da wird Gott alßbald versetzen
Dieses liebe Töchterlein
An den Ort/ da Er ergetzen
Wird sein schönstes Bräutelein/

Mit der Frewd/ die niemand können
Wird zerstören/ noch mißgönnen.
Wann Ihr Eltern dis erweget/
In was Frewde/ Wonn und Lust
Ewer liebes Ortlin schwebet/
Und ohn bitterkeit ietzt kost:
Werd Ihr Euch zu frieden geben/
Wüntschen auch ein solches Leben.

Juſti mœroris, debitiq; honoris
ergo adponebat

ANDREAS PEUSERTUS,
Paſtor & Senior Meziborenſis.

Naſci moriq; tota ſors mortalium eſt:
Qvod intereſt, id penè non dignoſcitur.
Tua Nata, HUBRIGI, lucidum exemplum dedit:
Dum flore primo lacteæ puertiæ,
Oſtenſa tantùm lubricis terris, cadit.
Sic in theatrum prodiit qvondam ſagax,
Hoc fine, ſaltem ut rurſus exiret, Cato.
At qvantacunq; indulta vitæ ſit mora,
Immane qvantum commodat mortalibus,
Qvod aliter haut ad aſtra contingit via.
Non mortua hinc, ſed æviternæ gloriæ
Adepta vitam eſt Nata, poſt vitam brevem.

Qvi morte regnis cælicis tranſcribitur,
Si vixerit vel horulam, vixit diu.

Magno Patrono
Obſervantiæ & Solatii cauſa
ſcrib.
MATTHIAS MACHNERUS, Reipub. Vratisl.
ab expedit. Latinis, nec non in Judiciis Eccleſiaſt. &
Orphanor. Notarius.

Nulla fides hominum vitreæ, nisi vitrea, vitæ;
Frangitur exigui stans homo more vitri!
Labitur ante-putes-qvàm Vita: est portio Vitæ
Parva: brevis celeri turbine Vita fugit!
Ebeu qvàm vellem documento ex hostibus uti!
Hubrigiâ *exemplum cogor habere* domo.
Occidit heu properis fatis THEODORA MARIA
HUBRIGIA, *ac tristi funere mersa jacet!*
Nuper erat Patris *qvæ spes, spes maxima* Matris,
Nunc rigidâ mortis falce peremta ruit.
O rerum sortes! ô inevitabile fatum!
Qvàm citò cara thori pignora Morta rapit!
Sed benè sic factum; mutavit tristia lætis
Filia, *dùm tandem libera facta malis.*
Quos novit Dominus, Dio qvos ardet amore,
Venturis novit præripuisse malis.
Ergò qvid Natam denatam, Magne Patrone,
Luges? qvid multùm fletibus ora rigas?
Non obiit, sed saltem abiit: terrisq; relictis
Non perit, at Christo *sub* Duce *læta præit.*
Terrea pars terræ tenui concluditur urnâ;
Cœlica pars cœlo gaudia viva capit.

Hoc qvalicunq; Elegidio acutissimum mœrorem Magnifici Dn. Parentis, ex obitu Filiolæ præmaturo conceptum, sublevare, atq; sincerum Christianæ Συμπαθείας affectum declarare voluit

CHRISTOPHORUS BANNERUS,
Archi-Diaconus Olsn.

Ipse

Ipse satis nôsti, nec non, Vir Magne, monebunt
Hoc alii meliùs me Te, qvâ mente ferendus
Sit præsens Casus, qvo mors festina voravit
Ex Te Progenitam, doleas idcirco decenter
Ejus decessum. Quantò velocior Ille,
Tantò censetur pariter felicior. At Tu,
Porrò juves multùm qvò Publica, serò seqvaris!

Magnifico Dn. Cancellario,
Patrono meo Summo
debitâ mitteb. observantiâ
GOTHOFREDUS WOLFFIUS', J. U. L

Haud metit ante diem lactentes messor aristas,
Cruda nec avellit mala colonus inops.
Te tamen ante diem mors pallida falce recurvâ
Ebeu qvàm subitò! blanda puella, metit.
Non valuit remoras ullas innectere duræ
Gratia, sive ætas illa tenella, neci.
Optima sic ut sunt, ita non constantia cernis
In mundo; vivunt pessima sæpè diu.
Unde cor & gemitûs ducit de pectore tristes
Astrææ Decus & Magne Patrone, Tuum.
Et meritò: Lapis est, aut sævâ tigride natus,
Qui siccis patitur vulnera tanta genis.
Sit modus in luctu; modus est qvi recta gubernat,
Nec juvat in luctûs continuare dies.
Nam DOMINUS *pater est, mentes si qvando serenas*
Donat, & in casto pignora chara thoro.

Et DOMINUS *pater est, quando indulgere dolori*
Nos jubet, & tollit pignora chara Thori.

Debitæ observantiæ & condolentiæ ergò
deproperab.
JOHANNES GEORGIUS DIERIX
à Brugk Illustriss. Würtenberg. ac Olsnens. Duci ab Epistolis.

Nach seeligem Absterben/

Des Woledlen/ Gestrengen / Hochgelährten /

Herren Johann Hubrigs/ Fürstl. Württen-

bergischen Olßnischen Rahts/ und wohlverodnetem Herren Cantzlers/ Hertzgeliebten Elteſten Tochter/

Jungfrawen Dorotheæ Mariæ/ folgendes auffgesetzt/

über den Spruch Syrach. 14. v. 18.

Alles Fleisch verschleist wie ein Kleidt/ denn es ist der alte Bundt: Du must Sterben.

Was ist der alte Bundt/ Wir alle müssen sterben /
Und unser sündlich Fleisch/ muß gleich mit uns verterben /
Diß Fleisch vergeht/ verwehst/ verschleisset wie ein Kleidt/
Der alte Bundt steht fest'/ ihn endert keine Zeit /
Trifft alle Menschen an / Es müssen alle gehen
Den Weg des Fleisches hin/ niemand kan sicher stehen/
Sich hiervon schliessen auß. Diß ist der alte Bund/
Dehn Gott beschlossen hat/ Gott sagts aus Seinem Mund /
Gott alß die Warheit selbst: Mensch/ höre/ du bist Erden/
(Es ist der Sünden Sold/) du must zur Erden werden/
Mit dir hats nicht bestand/ Endlich mit dir es heist/
Dein Fleisch vergehet bald/ gleich wie ein Kleid verschleist.

Der Bund der bleibet klar: Wir müssen/ müssen sterben /
Doch nur das Fleisch verschleist/ wir werden Himmels Erben/
Die Seele kompt zur Ruh/ Es ist nur dieser Todt
Der Eingang und die Thier'/ hierdurch man kompt zu Gott.
Es ist kein Vortheil dar/ ob eines lange lebet/
In hohen Würden sitzt/ in grossen Ehren schwebet /
Das ander stirbet bald/ in zarter Jugend hin /
Wohl dem/ mit dem es heist: Sterben ist mein gewin.
Das Alter Ehrlich ist/ der Weißheit Lehrer saget / Sap. 4.
Nicht was da lange lebt/ Ob man es zwar beklaget/
Und scheiden Schmertzen bringt; Klugheit/ Verstand/ fürwar/
Unter den Menschen ist/ das rechte graue Haar.
Das rechte Alter ist ein unbeflecktes Leben /
Der Mensch gefelt Gott wol/ (diß mercke man gar eben)
Wird weggenommen bald/ bald wird Er hingerückt /
Daß Boßheit den Verstand / die Seele nicht verstrickt
Verdampte/ falsche Lehr'. Es werde nun bestillet/
Herr Cantzler / Euer Sinn/ so gantz und gar erfüllet
Mit Hertzens Traurigkeit; Die liebste Tochter hat
Gott'/ unserm Gott beliebt/ Nach seinem weisen Rahte
Er Sie gefodert ab'/ hat Sie zu sich genommen /
Sie wird nicht wieder her/ wir werden zu ihr kommen/
In lengst gewüntschte Ruh/ in unerhörte Frewd'/
Und loben unsern Gott / in alle Ewigkeit.
Unß gilt der alte Bund/ Wir müssen alle sterben/
Wir müssen doch daran; darauff wir werden Erben
In JESU/ Gottes Reich. Sie spricht: Ich ging dorhin
Zur Ruh/ kompt baldt hernach/ Sterben war mein gewin.

Hat auß trew-Hertzlichem Mitleiden verfertiget
und übergeben
Stanißlaus Fers/ Olßnischen
Fürstenthumbs Buchhalter.

Arboris ut fructus: sic vita est ista: repentè
Optima ab egregio stipite poma cadunt.
Ut mare, sic vita est. Felix, qvem tempore longo
Non inter fluctus dira procella qvatit.
O factum benè! permutasse infausta beatis:
Hic demum est solidi finis apexq; boni.

Christiana συμπαθείας ergò pangeb.

JEREMIAS HULDENREICH
à Lielienfeldt/ Med. Namsl.

JEPHTHIS HUBRIGIA.

Fundite Mizpéæ, pullum adsit syrma, puellæ,
Luctificum, madidi fletibus oris, epos.
Exstinctam fatis gnatam fleviſtis iniqvis
Jephthéam; victor dum pater hoste redit.
Jam lachrymæ vobis luctus graviorq; ciendus;
Occidit HUBRIGÆ Nympha venusta domus.
Tu MARIA es, tu DOROTHEA es, cor amabile Magni
Ac ocule [heu fueras tu] speculumq; Patris.
Fundite Mizpéæ, pullum adsit syrma, puellæ,
Luctificum, madidi fletibus oris, epos.
Occubuit votis infelix illa paternis
Nulli concesso victima cæsa modo:
Plurima servandæ at geminata huic vota frequenter
Ac qverulæ tectis insonuére preces.
Fata inimica obstant, averso stamina vultu
Invisâq; Deæ disecuére manu.

Fundi-

Fundite Mizpéæ, pullum adsit syrma, puellæ,
Luctificum, madidi fletibus oris, epos.
Obsequio coluit durum Jephthéa parentem,
Dum placidè hoc mortem præcipiente subit.
Haud fugit exitium, justo, insons, criminis expers,
Montibus è celsis tempore jussa redit.
Haud secus intrepido sævissima spicula lethi
Olsnéa excepit pectore Nympha suo;
Dulcibus obsequio devincta parentibus æqvo;
Ægram qvi monitis erudiére suis:
Filia chara Patri, svavissima filia Matri;
Instant jam vitæ fata suprema tuæ,
Vulneribus JESU prensis meritoq; cruento
Hæc solidâ tibi sunt jam superanda fide.
Annuit illa. et dum tanta hæc solatia carpit,
Magnanimâ cœli spe metus omnis abit.
Fundite Mizpéæ, pullum adsit syrma, puellæ,
Luctificum, madidi fletibus oris, epos.
Qvis numero lachrymas comprendere Jephthidis ausit,
Qveis nemora & rupes sparserat illa cavas?
Hîc ubi deflerat nullo unqvam crimine læsum
Virgineum, misera ah, jam moritura decus.
Et referat qvis, qvæso, tuos, HUBRIGIA, psalmos
Dulcifluos, sanctas qvis numeretq; preces?
Tot dictis munita sacris cœli ostia pulsas
Corpore lassa qvidem, pectore firma tamen.

Fundite

Fundite Mizpéæ, pullum adſit ſyrma, puellæ,
Luctificum, madidi fletibus oris, epos.
Ingenii florens pollebat acumine Jephthis;
Pars etenim melici docta erat illa chori.
Et noſtræ fuerant qvoq; dona ſtupenda puellæ,
Ingenii valuit dexteritate ſui.

Fundite Mizpéæ, pullum adſit ſyrma, puellæ,
Luctificum, madidi fletibus oris, epos.
Magnus amor gnatæ Jephthæ; nāmq; oſcula gaudens
Victori ac reduci pangat ut illa patri,
Prodit in occurſum; comites vos ordine longo
Secum unâ [fovet at gaudia vana] trahit.
Haud aliter poſt JHOVAM ulli ſacrârat amorem
Patre & Matre magis Nymphula noſtra ſuum.
His lætis lætas gratanti pectore voces;
Triſtibus his triſtes prompſerat ore ſonos.

Fundite Mizpéæ, pullum adſit ſyrma, puellæ,
Luctificum, madidi fletibus oris, epos.
Obvia dum prodit Jephthis læto agmine patri,
Ille videt palmæ triſtia ſigna ſuæ.
Funeſtæ, heu, palmæ; nam partâ pace dolendum eſt:
Hoſtes maluerat non ſuperaſſe ſuos.
Veſtibus ah ſciſſis ac pugnis pectora tundens
Attonitus totus liqvitur in lachrymas:
Ah qvid agis, mea filia, jam non filia, jam non
Pars cordis, qvia jam diſperitura, mei!

Ah gnata, ah qvanto tu me, miſeranda, dolore
Adficis? ah qvantâ me modò mole premis!
Vota mihi ſolvenda DEO: tu limina primum
Tranſiſti: lethi eſt pœna luenda gravis.
At patriæ, HUBRIGI, lampas nitidiſſima, luctum
Qvis plenè expreſſum dixerit ore tuum?
Novi ego, cum patrium gnatorum funere pectus
Rumpitur, heu, qvalis, qvantus & iſte dolor!
Novi ego: cùi qvinæ gnatæ, cùi maſcula proles
Bina, truci tumbam jam nece rapta tenet.
Ergò molle tuum pectus valido igne liqveſcit;
Non etenim innato prolis amore cares.

Fundite Mizpéæ, pullum adſit ſyrma, puellæ,
Luctificum, madidi fletibus oris, epos.
Thesbitæ tecum, Themidos celeberrime Myſta,
Carmelus; Phœbi tecum Heliconq; gemit.
Palladiæ lugent tecumq; qveruntur Athenæ;
Qvidnî addam guttas mœſtus & ipſe meas?
Fas, relevem lachrymis lachrymantes; vertitur iisdem
Nam ſors cunctorum ſtatq; caditq; rotis.
Communi qvòd ſe tueantur jure colantq;
Mellificæ crebrò nonne videmus apes?
Inq; vicem ſibi grex balantum condolet omnis:
Inſita formicis mutua cura ſui.
Obruta nam qvædam ſi fortè laboret arenis
Eruitur ſocio ſubveniente grege.

Fundite Mizpéæ, pullum adſit ſyrma, puellæ,
Luctificum, madidi fletibus oris, epos.
Jephthéa ante alias pulcherrima Nympha juventæ
Purpureo occubuit flore decora ſuæ:
Et noſtra ante alias pulcherrima Nympha juventæ
Purpureo fuerat flore decora ſuæ.
Occumbit tamen illa; fugit tamen illa; Parentum
In ventos abeunt gaudia vana leves.
Vix tribus exactis, pia DOROTHEILLA MARILLA,
Meſſibus (heu) terræ triſtia fata ſubis.
O dolor, ô lachrymæ! ſic flos ſine fructibus uſtus
Frigore, vel Boreæ vi vehemente perit.
Sic violæ langvent vix natæ Solis ab æſtu;
Purpureo pereunt flore cadente comæ.
Immatura ſuâ labuntur ab arbore poma
Huc illuc ventis morbida jacta ſolo.
Nempe inſtar violæ ſvavem ſpirabat odorem;
[Virtutum fuerat dulcis & amplus odor;]
Moribus Olſnéa hæc ſpecioſa DIANA *venuſtis:*
Vicerat aſpectu Punica mala ſuo.
Fundite Mizpéæ, pullum adſit ſyrma, puellæ,
Luctificum, madidi fletibus oris, epos.
Dorotheæ qvia non parcit fera falce MARIÆ,
Tàm pulchram at violam mors metit atq; rapit.
Carduus & ſentes violas & lilia fundant;
Spina roſas; pinus roſcida poma ferat.

Sentes

Sentes & ſpinas violæ, roſa, lilia, fundant;
Nuxq; pyris ſemper pinea creſcat iners.
Siſtite Mizpéæ, pullum abſit ſyrma, puellæ,
Jam lachrymas, tandem flebile ceſſet epos.
Vos Giliadeæ coluiſtis ſacra qvotannis
Virginis, at jam ſunt fine ſepulta ſuo.
Sic miſerande Pater, jam conſolande, levande,
Fac ceſſet luctùs flebilis unda tui.
Filia chara tibi, ſed charior illa JEHOVÆ;
Majori jure hanc vendicat ille ſibi.
Ne, qvæſo, invideas cœleſtia munera; votis
Nam qvæ qværebas, jam tulit illa, tuis.
Optâras vitam? longiſſima at obtigit illi.
Incolumes artus? ſanior eſſe neqvit.
Et tectum & vitæ tu juſta alimenta precatus?
Ditior æternis affluit illa bonis.
Sponſum olim doctum caſtumq; humilemq; probumq;?
Sponſo REGE DEO *gaudeat illa ſuo.*
Plus ſortita tuis votis, felicior altis
Aſtrorum incedens ſedibus eſſe neqvit.
Siſtite Mizpéæ, pullum abſit ſyrma, puellæ,
Jam lachrymas, tandem flebile ceſſet epos.
Inſuper, HUBRIGI, *reputà tecum omine Gnatæ*
Qvo qvondam indideris nomina fonte ſacro?
Dorothea eſt; qvam tum dederas dono ipſe JEHOVÆ:
Et MARIA *eſt; omen cujus amaror erat.*

Ergò

Ergò DEO *tradenda fuit gustandaq; lethi*
Et peramara fuit duriter unda crucis.
Quæ superant violamq; tuam svavesq; amaranthos
Ornamenta tui servet JOVA *tori.*
Neve ignara tui sint postera secula, Virgo,
Hasce notas saxo scalpo dicoq; tuo:
Rapta annis teneris HUBRIGIA Gnata venusta
DOROTHEA hîc JESU VIVO MARIA meo.

debitæ Τῆς Συμπαθείας *ergo*

MELCHIOR SMOLIUS de Castro Crucis
Pastor in Redewitz.

IDYLLIUM.

Flosculus *surgebat* Arvo *luculentus* Ubere,
Quà propinquas Sarmatarum spectat oras Olsena,
Hic comante provocabat orbe flores Regios,
Chloridos quis regna picta jactitant se plurimùm,
Non enim pingvi Napæa dexterâ produxerat,
Non alumno fonte Najas educaverat bona
Tàm beati germen ortûs. Munus Ætheris Dei
Nomen inscriptum *efferebat æmulum stellis caput.*
Vidit ipse fronte miti cœlitus Plasles Deus
Traducem poli hunc fateri nomen & numen suum,
Vidit, &; Quid, inqvit, istæc planta cœlo debita
Prostat hîc qvasfanda Cauris turbidis, vel improbo
Calce buculæ terenda? Transferatur protenus
Axis in perenniclaram Flos pius *coloniam!*
Nec moratus, è paterno rure carptum Virginis
Astricæ, quæ lance noctes & dies pendit pari,

Inserit

Inserit dextræ micanti, qvamq; gessit hactenus
Illa, Spicam plantat Agro prolis orbo *lucidam,*
Reddat ut pro Flore Fructus Uberes *mortalibus,*
Qvis potissimùm fruatur Olsenatium Pale.
O vicissitudo grata! Dulcis ô mutatio!
Flore Terræ lucet Æther, Terra Fruge Cœlitum.

M. JOHANNIS FECHNERI, P.C.L.

Flosculus ætatis teneræ, THEODORA MARIA,
Delitium Patris, Matris & unus Amor;
Nymphula, præstantem qvam Gratia trina figurans
Perpoliit, celebri qvæ fuit orta loco;
Eheu! defuncta in cinerem redit Ordine Fati,
In terris consors vix ubi lucis erat.
Vivere qvidnam sit, nondum pia Pupula norat,
Et jam tàm properâ morte perempta cadit.
Non secus ut tepidis vaccinia marcida Ventis
Mox pereunt, hujus sic breve tempus erat.
At bene; Depositi accepit vice qvod Pater olim,
Ad se cœlestis dextra recepit Idem.
Matris ab amplexu tracta est ad basia Divûm,
Horum sunt plausus, hujus at inde dolor.
Sic DEUS immutat vitas, sortesq; subinde
Sic mixtæ currunt; NASCIMUR ET MORIMUR.
Qvod superest, Patri, qvi Cancellarius audit,
WURTEMBERGIACI Fama coruscа Ducis,
Dulcia suppeditet solamina Gratia JHOVÆ,
Hunc̃q; diu Patriæ vivere Fata sinant.

contestandæ Observantiæ & συμπαθείας
ergò f.

JEREM: Tiercnberger/ Senat. Actuarius itidem Provincial. & Opidanus Olsnensis.

In præmaturum, & hinc maximè
luctuosum obitum
DOROTHEÆ MARIÆ,
VIRI
Nobilissimi, Strenui, & Consultissimi
DN. JOHANNIS HUBRIGII Illustriss. Princ. Würtenberg. & Olsn. Consiliarii & Cancellarii, &c. Filiolæ
desideratissimæ.

Mortis spicula devovemus omnes,
Et nigram Lachesin, rigens cavatô
corpus cum ferimus solô locandum;
Sed frustrà; miseros necat venenum
peccati, brevis hinc, acerbiore
Et repleta fluit dolore vita.
scenâ Fabula cessat ut remotâ;
Sic nostri pereunt dies; calore
ut solis violæ ruunt perustæ;
corpus sic citò terreum fatiscit.
Excessus docet hoc, TUÆ, citatus
Gnatæ, SUMME virûm, probæ puellæ,
formâ conspicuæ bonâ Puellæ,
castis moribus *inclutæ puellæ.*
Hinc luges meritò, rigas paternis
Et bustum lacrumis, doletq; tecum
Olsnis, luminibus tuis coruscans.
Sed colit superas Redemtor arces,
cætûs inter & ambulat piorum,

Qvi purus sceleris, cruoris imbre
Effusi, scelus expiavit omne;
Qvi Lethi moriens, acutiores
infregit stimulos, sibiq; vinclo
insertos Fidei tenaciore
Vitæ post abitum laborioſæ,
Indormire jubet, brevi sepulcri
E nigrâ scrobe rursus erigendos,
Ad vitam sine fine permanentem.
Sic clausit, Tua, flammeos ocellos,
Qvêis JESU tamen annuente cœlum
cernet, cœlicolasq;, conditorem
TE, Matrisq; pientis ora; qvamvis
Mens jam-nunc qvoq; cœlicos adorbes
Deportata Geni manu beati,
Caulam despiciat soli ruentem
Aulam suspiciat poli nitentem.
Lessum finiat hoc, piosq; sistat
qvestûs; TEq; Tibi, VIR AMPLE, reddat;
cûi tot commoda largiatur æther,
cûi tot det valido videre messes;
qvot corclo lacrumis Tuo litâsti,
qvot versûs Tibi Musa doctiorum
contexit modò condolens virorum.

ex sincero Christianæ Συμπαθείας affectu
l. m. q̃. scr.
HEINRICUS GRÖERUS
Senator Olsnensis.

Es hat Macarien vor weilen Jährlich zwar
Ihr junges Volck geschücket / umb diese zeit der Jahr'
Hin in Idaler-Wald / da wo ihr Rhodon stralet /
Zu suchen ihre Lust / und / wie die Rose pralet /
Doch plötzlich wieder welckt / zu dencken auch hierbey /
Wie daß es anders nicht mit unserm Leben sey /
Daß in der Jahre Lentz auch / gleich der Rose / blühet /
Doch bald / alß undermerckt / zur Erden wieder siehet.
Was aber ist es noth / umb dieses zu Studirn
In Cypern erst zu gehn: wir habens vor den Thürn.
Wir sehen Täglich ja / wie dis und das vergehet /
Und dann / wenn jenes kombt / auch dieses nicht bestehet.
Wie wann itzt diese Flut / dort iene vor sich treibt /
Und keine durch den Stromb / ohn fortgerissen bleibt:
So sind auch allgemach / von etlich Tausend Jahren
Und Jung zugleich und Alt ein ander nach gefahren
Ins schwartze Beinhauß hin. Dis ist des lebens Zoll /
Wir haben einen weg / den ieder treten soll.
Doch aber ach! Zu früh / zu früh scheint den zu gehen /
Herr / dieses euer Kind. Es hub nun an zu stehen
Der Purpur-Rose gleich / in der Phäacer Feld
Und Pästens Garten-ziehr / die vom Geruch der Welt /
Und Ziehrath / ist bekand. Es hub sich schon zu regen /
Zu nechst der Gottesfurcht ein ganzes Meer-vol Segen
An Schönheit / an Verstand / an Freund- und Höffligkeit /
Und was der Gaben mehr / die / Herr / euch offterzeit
Dann hetten hoch ergetzt. Ich selber kan ja sagen /
Daß Fama albereit das liebe Kind getragen /
Umb ihrer Höfligkeit / nach Breßlaw zu uns her.
Zu schweigen anderer; So hat iezt ohn gefehr /
Diana ihre Pfad wie dreymahl gantz betreten /
Als eure Caja / Herr / zum Mahl Ihr hatt' erbethen
Herr Bischofs lieben Schatz und meines Hauses zier /
Die dann Mir dazumahl mit lust erzehlt alhier /

Wie daß das liebste Kind so höflich sie empfangen.
Ihr selber müst gestehn / daß ihr Sie mit verlangen /
Im fall sie hat vermeint / ihr möchtet numehr gehn
Auß eures Amptes Schul / zum öftern funden stehn
An eures Hauses Thür / umb bald von euch zu heben
Des Mantels schwere Last. Wann denn daß Ihr gegeben
Den leichten Mantel hin / hielf Gott! Welch eine last
Der Sorgen und verdruß hat Sie zugleich gefast
Auff ihren zarten Arm! Daß ihr hierauff vergessen
Der unlust guten theil / und frölich hingesessen
Zu nehmen Speis und Dranck. Nicht minder ward euch Brust
Und Sinnen überschut mit sonderbarer Lust /
Wenn daß biß an die Tühr Sie mehrmahl euch begleitet /
Im fall ihr auß wolt gehn. Dis aber / dünckt mich / deutet
Ein sonder zeichen an / da Sie zum letzten gar * Biß an den Kirchhoff euch begleitet. Ihrer Baar
Hinwieder auch dahin mit willen nach zugehen /
Wiewol nicht sonder Schmertz. Ich muß ja nur gestehen /
Daß es / was diese lust vor Hertzens-Wonne sey /
Mir unbekinderten annoch / nicht wohne bey /
Wann nemlich Kinder sich so wol im Flor bald zeigen.
Doch ach! Wie sehr / wie hoch muß auch zu Hertzen steigen /
Wenn sie so plötzlich gehn / gleich einer Rose / hin.
Der Vater / der ihm das in Sinn nicht wolte ziehn /
Ist härter als ein Stahl. Immassen keine Scythen /
Kein Kolcher / kein Busir / kein Volck von wilden sitten
Am Caspischen Gestad so grausam iemals war /
Das seine Zucht nicht liebt' Ein Tiegerthier fürwar.
Im dürren Lybien / wie grimmig sie auch scheinen /
So liebt ein iedes doch / ein iedes liebt die Seinen.
Drumb klagt ihr ja mit recht. Uns aber wil gebiehrn /
Zu leichtern euer Leid / des Todten Grab zu ziehrn
Mit frembden Tulipan / mit Lilien / Narcissen /

* d. 13. junii hora secunda vesp.

Mit Rosen / Tausendschön / und Blumen bey den Flüssen
Vom Merzen her genand. Doch sol dis ihr Gebein
Der keüsche Lorberstrauch vor andern schlüssen ein.
Wer aber tröstet euch? Der ihr gab / Herr / das Leben /
Der woll' in ihrem Tod euch Trost und Labsal geben!

zu bezeigung seiner Condolenz schrieb solches

JOHANNES GEBHARDUS

Gymn. Elisab. Vrat. Collega Primarius.

Decas Anagrammatum

Nomini DOROTHEÆ MARIÆ apprimè respondentium.

DOROTHEA MARIA

1 Me monet HORA MORI; decretum sic semel A TE;
Claudere DA vitam Christe Jehova, piè!

2 DA benè Christe MORI; necis HORA bonæ venit A TE:
Te penes est solum vita, necisq; dies.

3 Dissolvi cupit, AH Christum penes ORAT & esse,
Cogit AMOR DEI eam mente volente mori.

4 HORA meæ vitæ DATA transiit, EMORI ego opto;
Jugiter ut gustem gaudia mille poli.

5 Utq; AMOR à Jesu ferventer; ITA ARDEO Jesum.
Talis amor Jesu nescit habere modum.

6 Præ reliqvis ceu gemma, probè MORATA coruscо;
Virtutum E RADIO luxq; decusq; venit.

7 ARDEAM amore tui qvanto? est ORATIO testis.
Ardentem affectum flagitat omnis amor.

8 ORDO A TE lex est; primùm tu dignus AMARI es;
Me Patrio affectu qvi prior Ipsus amas.

9 O MIRA ARTE chori cœlestis, qvam canis, ODA
Svaviter Electos afficit atq; Deum!

DOROTHEA MARIA HUBRIGIA.

10 Perdita IMAGO DEI crucis en reparatur AB ARA,
Pulchrior ex Christi morteq; vita ORITUR.

Ultima

Ultima verba & suspiria Ejusdem agonizantis:

Nescio, qvâ mirâ Jesu dulcedine ducas
Me, vivam & post fata tui immemorem haud finis esse.
Me tuus urit amor, cordis tu sola voluptas,
Mens ita capta tui dulcore tenetur amoris,
Ut malim ipsa mori, sine Te qvàm vivere tristis.
Tota Tui teneor desiderio optime amator!
Me terrena nihil delectant, cœlica anhelo.
Vita misella vale, mundi mihi gaudia sordent.
Evolat è vinclis meus ad Te Spiritus ultrò
Si cor est, thesaurus ubi est, unita tibi Mens
Arctiùs esse neqvit, vigilans Te somnio Jesu,
Tecum surgo, tui memor & reqviesco subindè.
Charior Ipse mihi vità es, non mortis abhorret
Spicula amor flagrans, tibi qvò conjunctior esse
Maturè possim, vitæ satianda beatæ.
Delicias sperno, bona nil terrestria curo;
Optio visa mihi potior Te corde tenere.
Deficiente animâ cum corpore portio cordis
Solamenq; manes, Te non despero fovente,
Vis animæ langvet suspiria fessa trahendo;
Præ gemitu cordis vox hæret faucibus ægrè:
Robur es Ipse meum & spes præsentissima vitæ,
Infirmam virtute tuâ servaq; animaq;;
Erige tu lassam dulci solamine verbi:
Si visum est vitæq; cruciq; imponere finem,
Hâc pro mortali vitam mihi redde perennem.
Jamq; mori volupe est, Tu vita, & mors mihi lucrum,
Deliciumq; asylumq; animæ spes anchora, portus:
Cernere lugentes tantùm vos sangvine junctos
Perqvam triste mihi est, non causa ast tanta dolendi,
Nec malè vos habeat meus hic discessus amarus:

Qvin liceat chari vestrâ mihi pace Parentes
Rectâ ad amatorem blandè properare trahentem.
Desponsatam æqvum est Sponso parére vocanti.
Hunc apud in cœlo longè meliusculè habebo.
Nil mihi dèerit, ibi sat deliciarum & honoris,
Firma valetudo, & sine luctu gaudia summa,
Nullaq; noxa, salus perpes, Pax certa qviesq;.

Votum.

Dormiat in reqvie, Domini sic mente jubente:
Horâ Ea judicii cum tripudio evigilabit.

* * *

Wann Unschuld/Frömmigkeit/Zucht/Ehr/ befreyen könte
Von deiner Macht/O Todt/mir noch das Leben gönte
Mein Alter/ doch nechst Gott/ so muß ich vor der zeit
Ein Raub des Todes sein/ nicht ohne Hertzenleidt.
Was kan die Erbschuld nicht/ wir werden kaum gebohren/
So wird das Leben offt/ schier unvermerckt verlohren/
Auch in der besten Blüt/ am anfang hengt zugleich
Des Lebens End und Ziel/ du seyst Arm oder Reich/
Schön/ Weise/ Jung und Starck/ der Todt es gar nicht achtet/
Gemeiniglich mit fleiß er nach dem Liebsten trachtet/
Und reist es mit gewalt zu sich auß dieser Welt/
Nichts kaufft man von Ihm loß/ mit Bitte oder Gelt.
Es muß gestorben seyn/ wenn nu die zeit verhanden/
Daß Gott unß durch den Todt/ will von den Sünden Banden
Erlösen/ und auffs new in einen freyen Stand
Erhöhn/ und nehmen auff ins rechte Vaterland/
Da wir gehören hin/ dann nicht zu diesem Leben
Wir nur erschaffen sein/ ein bessers will uns geben
Gott selber uns dafür/ wenn wir nur in gedult
Und Glauben kämpffen hier/ behalten seine Huldt
Und Gnade/ auch dabey ein rein und gutt Gewissen/
Und endlich Seeliglich/ dis Leben auch beschliessen.

Wohl

Wohl dem/ und mehr alß wohl/ wer also hat gelebt/
Sein Geist alßdann bey Gott in Frewden ewig schwebt/
Zu solcher Herrligkeit bin ich ja schon erhoben/
Ich hör im Himmel nichts/ alß Gott den HErren loben/
Und preisen seine Ehr/ ich stimme selbst mit an/
Und dancke meinem Gott/ den Lob ich/ was ich kan.
Drumb liebste Eltern/ die Ihr liebtet mich von hertzen/
Nun aber seyd betrübt/ vergesset ewren Schmertzen
Und trauret nicht so sehr/ mir ist gar wohl geschehn/
Ihr würdet wundern Euch/ wann Ihr iezt soltet sehn/
In was vor Herrligkeit von Gott ich bin versetzet/
Da mich viel Frewd und Lust mit Liebligkeit ergetzet.
Wer einmahl kommen wil zu solcher Herrligkeit/
Der lege hier wohl an die kurtze Lebens zeit.

Collugens apposuit Magnifico Dn. Cancellario

CHRISTOPHORUS TITIUS,
Pastor in Paschkerwiz.

Filiolæ humanis exemtæ
ad
Parentes mœstos

λόγ& παραμυθικός.

Qvid, Pater, es tristis? qvid tristia pectora vultu
Tam tristi volvis? qvo-Pater-usq; gemis?
Qvid, Genitrix, alto jubet indulgere dolori?
Qvid complere domum voce qverente facit?
An, qvòd conspicitis Fatis concedere vestram
Me subolem, qvâ non carior ulla fuit:

Qvòd

Qvòd me lex fati rapit irrefragabilis, ulla
Nec ſpes cernendi longius orbe ſuper?
Sic eſt. Implantata animis, vos, cœlitus, angit
Storge: vos angit mors inopina Meos.
Sed qvid? ſic Domino placet, eſt cùi juſta voluntas:
Et vobis placeant, qvæ placuére DEO.
Vivimus, aut morimur, caſu non evenit illud:
Noſtra DEI nutu vitaq; morsq; venit.
Commodat ipſe DEUS nobis vitam: jubet, illâ
Utamur rectè cumq; Salutis ope.
Si citius, qvàm qvisq; putet, ſua is æra repoſcat,
Id neq; mirari, nec male ferre decet.
Ergò qvòd moriens mundo diſcedo, Jehova
Vitam jam repetit, qvam dedit ante mihi.
Nec mihi donatam fuerat rellinqvere vitam
Adverſum, ſummo ſic moderante DEO.
Nam qvid vita hominum? niſi turpis lerna malorum,
Cumq; dolore labor, cumq; labore dolor.
Impia turba, caro perverſa, & dæmonis æſtus
Sunt, cum qvêis ſemper bella gerenda piis.
Occubui: qvid tum? ſimul occubuére pericla,
Expoſita in mundo qvêis mea vita foret.
Haud exempla mali poſſunt me perdere mundi;
Inve ſuos caſſes illaqveare ſatan.
Nec vobis amiſſa vagor: ſum, credite, tantùm
præmiſſa ad rutili pulcra theatra poli.
Gaudia ubi cœlorum ſunt, ubi triſtia non ſunt:
Fons ubi vitæ, ubi non mortis amara lues. *Inſu-*

Inſuper eſt ſanctis ubi patria dulcis in ævum:
Gloria pro triſti ſorte perennis ubi.
Non oculus vidit, non auris, mens neq; ſenſit,
Gloria qvæ, maneant gaudia qvæq; pios.
Hæc cùm certa ſient mihi, vos lamenta Parentes
Linqvite, qvæſo, bono linqvite meq; DEO.
Is male non fecit, fecit qvæcunq; tremendus:
Eſt mihi vita, qvies: mors mea, crux q; fuit.
Corpus in hoc cryptæ gremio reqvieſcit, olympum
Mens habet, & trini gaudet amore DEI.
Me Pater ipſe ſuâ facie, me Filius ipſe
Affatu recreat, deliciisq; beat.
Spiritus ipſe fovet mea gaudia: Spiritus idem
Vos lamentari nunc mea fata vetat.
Huîc auſcultantes meritas, mœrore relicto,
Solvite vos grates ob mea fata, DEO.

Summæ obſervantiæ & condol. ergo f.

GEORGIUS **Krieſchke**
Illuſt. Schol. Olſn. Rector.

Des Menſchen Lebens-Lauff beſteht auff ſchwachen Füſſen/
Weil niemand weiß/ wenn wir von hinnen wandern müſſen/
Und dennoch fleucht die Zeit vorbey in ſchneller eyl/
Gleich wie ein Fluß ins Meer/ und zu dem Ziel ein Pfeil.
Gleich wie ein dicker Dampff verrauchet bald in Lüfften/
Der kurtze Wiederſchall verſchwindet in den Klüfften/
Wie vor der Sonnen ſich der Schatten ſchnell' verkreucht/
Und auff der See ein Schieff mit vollen Seegeln fleucht/

So

So flüchtig rennt vorbey des Menschen kurtzes Leben;
Denn wenn mans kaum erlangt / so muß mans übergeben /
Und wieder auß der Welt / und ist des Lebens ziel
Dem lang / dem kurtz gesteckt / nach dem der Höchste wil /
Beliebt uns dis zu sehn in einem Gleichnüs-Spiegel /
So lencken wir nur hin der Sinnen schlaffen Zügel
Zu einem Baum voll Obst / der giebt uns an die hand /
Wie es nach unsrem Tod' und Abschied sey bewand /
Dann manche junge Frucht / wann sie kaum außgekrochen /
Wird Würmig / fault und fällt / ein' ander wird gebrochen
Durch einen starcken Sturm / durch kalten Reiff und Wind /
Daß man die helffte kaum darvon zu schitteln find:
So gehts uns Menschen auch. Wenn mancher nur gebohren /
Ist er schon reiff' zum Tod / und ihm sein Grab erkohren /
Dem ist ein kurtzes Ziel / dem andern mehr bestimmt /
Daß kaum der kleinste theil begraut zu Grabe kömt.
Und dieses lehret' uns dis unverhoffte scheiden /
Der Fall / der Eltern kan so tieff ins Hertze schneiden /
In dem der Lebens-Feind des Kindes klugen Geist
Zur schwartzen Todten Grufft so zeitlich wandern heist.
Zwar wenn wir noch anietzt das Uhrwerck der Gedancken
Ein wenig rückwerts ziehn / und irren in dem Schrancken
Der menschlichen Vernunfft / so kömbt uns immer ein /
Ob solte dieses Kind zu früh gestorben sein.
Wenn man zu rücke denckt / wie diesem lieben Kinde
So wohl war zu zusehn / wenn sie so gar geschwinde /
Bey ihrem Tockenspiel / mit ihrer wäscherey /
Und sonst bemühet war / alß obs gar nöthig sey.
Wie sie des Morgens bald / wenn sie vom Schlaff entstunde /
Zu dem Herr Vater sich in seine Stube funde /
Ihm freundlich brachte zu den lieben Morgen-Gruß /
Darauff sie denn empfing so manchen Vaters-Kuß.

Wie sie zu rechter Zeit wust an der Thür zustehen /
Wenn sie von Hofe sah das Volck herunter gehen /
Und den Herr Vater bald mit lieber Hand empfieng /
Wenn sie ihm freuden voll hinauß entgegen gieng.
Wie sie denselben auch so freundlich in dem Garten
Offt führte bey der Hand / und wust Ihm auffzuwarten
Mit frischem Blumenwerck / daß gleich wie sie geblüht /
Mit dem sie auch verwelckt / und tod ihm gleiche sieht.
Wie der Fraw Mutter sie auch pflegte nachzugehen /
Wenn sie sie ohngefehr sah vor der Allmer stehen /
Ihr gutte worte gab / und freundlich sie umbfieng /
Biß sie von süsser Wahr und Zucker was empfieng:
Auch wie sie offtermals / wenn die Fraw Mutter nähte
Sich setzte neben sie mit ihrem Nähgeräte /
Umb Zwirn und Nadel bat / dieselbe fädelt' ein /
Und ihr das Nähwerck ließ recht angelegen sein.
Wie sie durch frühen Scherz auß ihrem klugen Munde
Auch mir vor diesem hat gekürzet manche Stunde /
Ja noch das letzte mahl als ich mich da befand /
Mich bald zu Gaste bat und freundlich bot die Hand.
Wer dieses nun bedenckt / der kan sich schwerlich zwingen /
Daß ihm die Thränen nicht auß seinen Augen dringen /
Ja wenn ich dencke dran / so muß ich selbst gestehn /
Daß mir zum öfftern drob die Augen übergehn.
Doch wenn wir umb uns sehn wie unsre Jahre streichen /
Was ist das kurtze Ziel / das Wir alhier erreichen:
Ein bald verrauchter Dampff / ein abgeschnapter Klang /
Ein Staub- und Schatten werck / und schneller Todten-gang.
So ist das Leben auch voll Trübsaal / Angst und Jammer / „ D. Mar-
Uns Menschen ist die Welt die rechte Marter-Kammer „ tin Lu-
Wo stete Hertzens-furcht / der Sorgen Centner-Last / therus.
Und des Gewissens Wurm sind täglich unser Gast.

Sie ist ein dicker Wald vol finstrer Mördergruben /
Da sich zu samlen pflegt der Kern der bösen Buben /
Ein Kloster voller Noth / darinn der Teufel Abt /
Der nach den Seelen stets mit heissen Rachen schnabt.
Ein unerschöpffter Quall voll Seelen giefft und laster /
Ein weg zur Finsternüß / ein breites Hellenpflaster /
Ein wol versalznes Meer / das immer Stürmt und sauſt " Nazianzenus.
Und mit erzürnter Flutt vol stolzer Wellen brauſt. "
Wer also nun bedenckt dis böse Jammer-leben /
Der wird mit klugem Sinn unß müssen beyfal geben /
Daß gegen dem der Todt wol mehr ein' Artzeney" Augustinus.
Als ein betrübter Fall und schwere Straffe sey. "
Weil nun das liebe Kind dem Trübsal ist entnommen /
Und nach des Höchsten Rath zur stillen Ruhe kommen /
Daß es die Eytelkeit der Welt nicht mehr darff sehn:
Wer wolte nicht gestehn / ihm sey recht wohl geschehn.
Doch diß ist nicht genug. Wenn wir die Sinnen schärffen /
Und ferner Himmel an die glaubens Augen werffen /
Und einen freudenblick thun in die Seligkeit /
Die Gottes Volck geneust durch unerschöpffte Zeit:
Da kömt erst Krafft und Safft in unsre matte Glieder /
Das abgekränckte Hertz kriegt seinen Geist recht wieder /
Wenn wir bedencken / daß das Abgestorbne lebt /
Und schon der Seelen nach in Himmels Freuden schwebt.
Nichts an den Christen stirbt / alß bloß Ihr Creutz und Jammer /
Wird gleich der Leib versenckt in seine Ruhe-Kammer / S. Cæcilia: Homo non moritur, sed miseria hominis.
So lebt die Seele doch befreyt von aller Noth
In ihres Schöpffers Hand / und rühmt den grossen Gott /
Biß daß der grosse Tag durch Bliz- und Donner-krachen Sap. 3. v. 1.
Dem Weltgebäwde wird ein schnelles Ende machen /
Und der Posaunen Krafft wird schallen durch die Lufft /
Daß alles Fleisch dadurch vom Schlaff werd' auffgerufft.

Da wird ein ieder sehn die Abgeleibten Seinen
Mit newem Fleisch und Haut für dem Gericht erscheinen / Hiob. 19. 26.
Und das gerechte Volck ins Himmels-Schlösser gehn /
Mit stetem Lob und Ruhm für Gottes Thron zu stehn.
Da wird kein Klagen sein / kein Trauren / kein Gebrechen / Apoc. 21. v. 4.
Kein Creutz / kein Hunger / Durst / da wird unß Trost zusprechen Joh. 16.
Der höchste Himmels-HErr / und zeigen solche Lust " 32. Joh. 6. v. 35.
Die nie kein Aug' erblickt / kein menschlich Hertz gewust. " Es. 66. 13. 1 Cor. 2. v. 9.
Da wird dann Frewde seyn / wenn mit der Engel Chören
Die außerwehlte Schaar wird Gotteß Lob vermehren / " Apoc. 7. v. 9. 10.
Und herrlich sein geziert in weisser Kleider tracht / " Matth. 13. v. 43.
Bestraalt mit Sonnenglantz / und neuer Himmels-pracht.
Da wird manch Vater-Hertz / manch Mütterlich verlangen /
Ihr vor verblichnes Kind mit höchster Frewd empfangen /
Und wie durch dessen Tod ihr Hertze ward verletzt /
Wird solches tausendfach dort wieder sein ergetzt.
Nun diese Himmels-Lust und reiche Gottes-Gaben /
Wird auch der Seelen nach schon lengst genossen haben
Das Seelig-liebe Kind / dem ist nun schon bekand
Der fromen Seelen Lust / in unsers Gottes Hand.
Waß von Geheimnissen nicht fassen unsre Sinnen / " 1. Corinth. 13. v. 9. 10. 12.
Wird sie von Angesicht iezt schon beschauen künnen " "
Dieweil sie wohl studirt ins Himmels hoher Schul / "
Und augenscheinlich sieht des grossen Gottes Stul. "
O ewig reicher Tausch! O wechsel voller Freuden!
O unerhörte Lust! O wohlvergnügtes scheiden!
Das alles Trauren dempfft / den weg zum Himmel bricht /
Und wenn wir schon entseelt / das Leben doch verspricht.
O höchst gewüntschter Kauff! Der uns für Creutz und qvälen " 2. Cor. 4. v. 17.
Giebt unerhörte Lust / die niemand kan erzehlen / " Apoc. 14. v. 13. 2. Tim. 4. v. 7.
Vor Müh / gewüntschte Ruh / vor Welt- und Teuffels-streit "
Die unverwelckte Cron' / und Frieß in ewigkeit /

Vor Schwachheit Himels Krafft/vor Thränen ewig Lachen/ Esa. 32.
Die Pilgramschafft wird uns zu Himmels Bürgern machen/ v. 15. 2 Cor. 15
Ja der verfaulte Leib von Würmern schon verzehrt / v. 43.
Wird sein mit hellem glantz den Sternen gleich verklert. Ps. 126. v. 2. Hebr 13, 14
Wer wolte denn nun sein so gar verkehrter Sinnen/ Daniel 12. v. 2.
Und nicht dergleichen Lust dem lieben Kinde günnen/
Das von der rohen Welt ins Himmels Burg versetzt/
Und mit der Engelschar wird ewiglich ergetzt.
Wann dis/Herr Canzler ihr/ sambt eurer lieben Frauen/
In wahrer Glaubens-brunst/ und Hoffnung wolt beschauen/
So werdet ihr alßbald an diesem Kinde sehn/
Daß Ihm und Euch hierdurch nichts übels sey geschehn.
Der weise Himmels-Printz/ der seiner Weißheit Zinnen
Streckt über allen Witz und kluge Menschen Sinnen/
Hat alles wol gemacht/ er hat es wol verwahrt « Marc. 7. v. 37.
In seiner Gnadenhand nach treuer Vaters-art. Esa. 26. v. 26.
Da habt ihr Davids Trost/ ihr werdet zu ihm kommen/ « 2. Samuel 12.
Und finden waß euch iezt der blasse Todt entnommen / v. 23.
Wenn euch nach Gottes Rath wird auch wie ihm geschehn /
Und werdet es verklärt für Gottes Augen sehn.
Nach diesem Lebens tausch verlanget uns mit Schmertzen /
Was dieses Kind besitzt/ das Wünschen wir von Hertzen/
Und schicken uns zur fahrt wenn unser Schöpffer wil.
O Selig/ wer so wol beschleust sein kurtzes Ziel!

Zu bezeigung schuldiger mitleidigkeit und gebührender pflichtschuldigkeit auffgesetzt

von

AUGUSTIN KRAUSEN
Dienern des wortes Gottes
in Bernstadt.

Ad

Ad Magnificum, Amplissimum, Nobilissimum
VIRUM,
Dn. JOHANNEM HUBRIGIUM,
Illust. Duci Württenb. & Monsterb. à Consiliis,
& Ducatus Cancellarium Dignissimum.

Ecce suos agitat Luctus HUBRIGIUS *ille*
Aulai Illustris SCOEVOLA CONSILIANS:
Dum Gnatæ curat funus Supremaq; fata,
Heu quæ præproperâ morte peremptajacet!
Sontica causa gravis Luctus est: Filia *obit nam*
Quæ fuit innumeros digna videre dies:
At noli, Vir Magne, *tuo Te perdere Luctu:*
Luctus, crede, nocet sæpius immodicus.
Qvi dedit ante TibiGnatam, hanc Tibi rursus & aufert,
Qvod placuit Domino, nec Tibi displiceat.
Est erepta malis multis DOROTHEA MARIA;
Qvam nunc lugetis, plaudit in arce Poli.
Hoc reputans tecum, vir MAGNIFICANDE PATRONE,
Solliciti luctum pectoris imminues.

Aliud.

I.

ACh / so muß man auch erfahren /
Daß im Früling ihrer zeit
Ach zu früh / zu früh an Jahren !
Trifft des Todes grausamkeit
Edler Eltern Freud und Wonne /
Ihres Hertzens helle Sonne.

2.

Da vor alles war in Freude /
Wie das Kind gebohren wardt /
Itzt geht man beflort im Leide
Bey der Trauer-Abschieds fahrt /
Nun der Menschen-Würger kömmet /
und das Liebste Kind wegnimmet.

3.

Kinder / die von Eltern Stammen
Sind des höchsten Gab und Gutt /
Wenn sich aber theilt von sammen
Leib und Seele / Geist und Blutt /
Welches Grämen / welches Leiden /
Bringet fromer Kinder scheiden?

4.

Solte dieser Fall nicht schmertzen
Euch / Herr Hubrig / grosser Mann?
Können Vater-Mutter-Hertzen
Ohne Thränen schauen an /
Wann ohn Alter muß veralten
und das liebste Kind erkalten?

5.

Also ist dis schwache Leben!
Keiner lebet / der nicht Stirbt:
Alles ist dem Tod' ergeben /
Nichts ist / das nicht auch Vertirbt /
Unsers Leibes Burg ist nichtig /
unsers Lebens gang ist flüchtig.

6.

Nun es hat also gefallen
Dem / der alles Schaft und thut /
Was er wil / das muß uns Allen
Auch belieben / es sey gut /
Oder böse / wie wir meinen /
Wenn was ubels trift die Seinen.

7.

Darumb wil uns nur gebühren
Mit gefallen diese That /
So von oben kompt / zu ziehren /
Der / der es Gegeben hat /
Hat es gutte macht zu nehmen /
Dehme muß man sich bequemen.

8.

Wir / die noch sein / müssen Sehen /
Wie in diesem wüsten Meer
Uns die rauen Wind' anwehen;
Wie uns ofters hin und her /
Ungeheure Creutzes Wellen /
Schiff und Mast zu grunde fellen.

9.

Edle Eltern / das erfähret
Euer Tochter ietzt nicht mehr.
Ihr ist wahre Ruh bescheret /
Steht gekrönt mit Ruhm und Ehr /
Sie ist himmel auff gefahren /
Lebet bey den Engelscharen.

10.

Ey / wer wolte dann nicht gönnen
Unser Seeligen die Ruh?
Seelig / der so kan entrinnen
Eilent auff den Himmel zu /
Lange Leben heist auff Erden /
Lange Zeit gequelet werden.

Debitæ observantiæ & Sympath. ergò Scripsi

PANCRATIUS HEINIUS
Schol. Namsl. Rector & Chori Musici Director.

Ad

Mœstissimi Parentis, Filiolæ desideratissimæ obitum acerbè dolentis, dolorem justissimum leniendum:

Qvàm grande vulnus pectoribus tuis
Inflixerit mors Filiolæ tuæ,
blandissimæ carissimæq́;,
suspiciende mihi Patrone!
Vel inde nosco, qvòd dolor intimus
tangat meum cor, qvod tamen infima
non sangvinis pars tangit ulla.
Si Genitorem igitur vetarem
Tristissimum cum Matre simul piâ
multis qverelis plangere longiùs
fatum dolendum prolis, annon
Dicerer insipiens: & æqvè.
Tibi madent justis oculi tui
guttis Patri, qvas corda movent tua.
Si vulneri, Patrone, vellem
Pœoniâ arte tuo mederi:
Si me pararem abstergere lachrymas
Mœsto Parenti: cùm sit opus mihi
Ipsi genas qvi siccet udas;
Nonne ego deposuisse frontem
Viderer omnem: sed licet altiùs
acerba mors Natæ tibi amabilis
Cor vulneret: munit tamen Te
mens tua non nisi Christiana.
Qvam nullus angor frangere polleat,
ut anteà mentem qvoq; novimus
Tuam piè fortissimèq;
difficiles superâsse casus.
Qvapropter immotus Tibi nunc qvoq;
Constes, nec ullis cede doloribus,
teneq; mentem Christianam
fortiter omnia perferentem.
Præmissa, non amissa, Tibi tua
Est Nata, non ad Te revocabitur
Ullis qverelis, non acerbis
Fletibus, Isaides ut inqvit,
de prole charâ, qvæ sibi mortua;
Ad me redibit non ea: ast ego 2. Sam. 12. v. 23.

Illam videbo rursus illic.
Sic qvoq; dicito, mi Patrone!

Hæc τῆς Συμπαθείας & debitæ obſervantiæ
ergò effudit

HENRICUS WILISIUS,
p. t. Illuſtr. Schol. Olſn. Collega.

Qvod nimium, & ratio & tempus, mœrere fugarit,
Quantumvis eqvidem non dubitare velim;
Si nondum fuerit tempus, Vir Magne, dolori
Pellendo, atq; aliqvis fortè tamen ſuperet,
Quod, qvæ delicium fuerat Tibi gaudium & ingens,
Avulſa ex oculis Nata tenella Tuis,
Atq; inopina tulit mors Natæ hoc vivere, (funus
Triſtificans, ſeqvitur qvod pater, eſſe ſolet.)
Deſinito, ſatis eſt, mœroris deſine tandem,
Mortua qvæ, Natam hic non revocare poteſt.
Quod ſtatuit vitæ Dominus mortisq;, velimus.
Velle DEI haud nobis diſplicuiſſe decet.
Et qvisnam qvæſo cum Summo pugnet homullus?
Qviſnam etiam, juſtè qvod qveritetur, habet?
Qvando aufert & cum confert, jus ſervat Jöva,
Cuncta immo juſtè, qvæ facit, ipſe facit.
Eſt THEODORA Tibi donata ut munus Jövæ,
Sed, cum mandarit, reſtituenda Deo.
Verum qvid faciam? Tibi qvi ſolatia rebus,
Magne vir, adverſis ſuppeditare cupit,

Nonne

Nonne ſatis memorem qvæſo iſte monere videtur?
Nonne addit cœli, lumina, luminibus?
Nonne feruntur ei celebratas noctuæ Athenas?
Nonne cupit ſilvæ ligna dare arboreæ?
Compoſita eſt rectè Tua mens, ſi ridet olympus,
Si nigris iterum nubibus obtegitur.
NON MOVISSE, facis Tuum. Et es cœleſtia doctus
Scripta, unde haurimus pharmaca vulneribus.
Apprecor, ut qvi Jova potens pariterq; benignus,
Reddere poſt luctum hunc tempora læta velit,
Qvantumq; ætati deerat, qvæ mortua, Natæ,
Annis tot vitam concumulare Tuam.

Afferebat, officiaq; ſua ſimul offerebat

ESAIAS MAJOR,
Vratislavienſis, Juris Studioſus.

Vlr ſumme, Celſi Scævola Principis,
Lumen Sophorum, Sidus Apollinis,
Et laude qvod primâ vehendum,
Euſebies genuine Cultor.
Flos eſt Homullus, Phœbus ab Indicis
Cùm ſurgit undis, luxurians comas
Pandit rubentes, ponit idem
Sole ſub occiduô nitorem.
Exaruit jam-nunc Tibi Plantula,
Tori beati vinnula Plantula,
Functæ nigror labella, pallor

Conte-

Contegit aureolos genarum
Triſtis Pyropos, & geminas faces
Caligo frontis claudit, amabile
Corpoſculum magnæ Parentis
Diffluit in gremiô repôſtum.
Hinc ſalſus imber depluit è Tui
Tholô cerebri, ſunt manibus manûs
Nexæ, dolor crudus ſuſurrum
Mutat in exiguum loqvelæ
Flumen diſertæ: Non animô tamen
Frangare, floris ceu decus interit,
Ut pulcriùs ſurgat; reſurgent
Corpora ſic cineſacta pulcrè.
Mentes Piorum dextera Numinis
Viventium ſed faſcibus inſerit,
Diſceſsit à Te ſic tenellus
Floſculus; Elyſios ſed ille
Intravit hortos, lumina qvæ Tibi
Clauſit, recludit cœlicolis, nocens
Ex orbe Parca qvam revulſit
Planta, viret ſuperis in arvis.
Secura Cauri, cedere neſcia
Titanis igni, conditor hanc Tibi
Et reddet olim, ſic præivit
Filia, ſic moriendo vivit.
Qvot vixit horas, tot vegetus, precor,
Vivas Decembres, conjuge cum piâ

Et

Et cum modeſtiâ, meq; Muſas
Atq; meas facilis foveto.

Συμπάθειαν ſuam, animiq; ſubmiſſionem declaraturus ſcrib.

GEORGIUS KIRSTENIUS,
SS. Theol. Stud.

Filia Jairi, qvæ vixerat unica Patris — *Luc. 8. v. 41.*
Spes & Voluptas claudere Lumina
cum Mors, qvæ nulli ſcit parcere, juſſerat illam;
ad præpotentem tendere Principem
Vitæ conatur Genitor, genibus qvoq; flexis
precatur, ipſi vellet opes ſuæ
impoſuiſſe manus, triſtis qvêis ſpicula mortis
pellat, viciſſim reſtituat qvibus
Vitam, qvas voluit Princeps imponere Vitæ,
& pallidæ jam dicere Filiæ;
Surge Puella, citò potuitq; reſurgere; ſic cum
ſonabit hæc Vox: SURGITE MORTUI,
Filiolam, nuper fuerat qvæ credita Terræ,
Matri omnium ceu qvi modò victitant;
Filiolam, cujus Pietas inſignis in imis
cordis micabat, ſtella velut, fibris;
Filiolam, Vitæ fuerat qvæ tempore chara
ſummo Parenti, chara Parentibus;
En Tibi reſtituet, Mecœnas maxime, Jova.
Idcircò cunctus nunc fugitet dolor.
Et mundum ſpernens penitus DOROTHEA MARIA
in arce Cœli gaudia percipit.

Collugens ſubmiſſa adpoſui mente

HENRICUS ZICKMANTELIUS,
SS. Theol. Stud.

DOROTHEA MARIA,

Per Anagramma:

J, adoream traho.

J, Decus exosum mundi, qvia *adoream* honestam
In cœlo multâ cum bonitate *traho*.

Uber des Seeligen Töchterleins gesprochene wort/
Kurtz vor dero Seeligen Ende:

Last mich Forth: ich muß Heim.

1.

JCh komme Christen hier im leben
Alß wie Pielgers Leüte schweben / Psal. 39. v. 13.
Keiner hier sein bleiben hat / Hebr. 13. v. 14.
Jeder sucht nur Gottes Stadt.

2.

Drumb muß ich die Welt auch meiden/
Als ein Gast von hinnen Scheiden/
Last mich Forth von aller noth/
Ich muß Heim / zu meinem Gott.

3.

Ey so reise liebe Seele/
Deines todten Leibes Höle
Sohl dir wohl verwahret sein/
Kehre bey den Engeln ein.

4.

Und ihr Eltern last das Weinen/
Denn der HErr wird bald erscheinen.
ô Wie wohl wird Euch geschehn/
Wenn ihr Sie werd wiedersehn.

Auß getrewer Brüderlicher Condolenz schrieb dis
MELCHIOR HUBRIGIUS,
Collega Sch. Bernst.

Τῆς

Τῆς Μητρὸς γλυκερὸς κόσμος καὶ δόξα μεγίστη
Πατρὸς γνωμοσυνῆ : οἷον λειμῶνι ἔωθεν
Ἀνθεμον ἀνθαλέον Ἀφνείσαλαι, ἐξαπίνης ἦ
Τοῖς ὀμβρημάτεσιν ἄφαρχῆμα πεπληχὼς ἀμύει.
Οὕλως αἰφνιδίῳ ῥόδον ἅρπη σὺ, μεγαλῆτε
Ὦ Μαικλώα μόρε γ' ἀμώσι ἄλγεϊ σφοδρῷ
Ὦ ἀσέβημα, ὄχ' ἧ λυπρόμυον ! ἀλλ' ἀπόλητε
Θρηνεῦν αἴτιον ὠφροσύνης μᾶλλον δίδοταί τι
Ἔνγονος ἡ τοῖον βίον ἄγνον κλησαμένη ἐξ
Οὐ ταφθεῖσα κορυζομένη μᾶλλόν τοι ὑδεῖται.
Συμπαθείας ἕνεκα πρὸς
Μαικήναν σφέτερον μέγαν
ἐξ
ὀφειλομένης θεραπείας ἔγραψεν
VALENTINUS SEIDELIUS Olsenas.

Natorum subitam dolere mortem,
Et luctu graviore commoveri,
Fidelis Patris est, simulq; Matris;
Sed sic, ut modus adsit in dolendo.
Nec vos jam nimium decet Parentes
Natæ tam subitam dolere mortem,
Aut luctu graviore commoveri.
Etenim vivit in æde Gnata vestra
Cœlestis Patriæ, malis soluta.
Ubi delitiæ DEO placentes,
Ubi Gloriæ vera, lux perennis.
Ergò qvî potes invidere sortem hanc
Gnatæ, Magne Patrone, Sidus Aulæ
Olsnensis, Patriæ Columna, Hubrigi?
Gnatæ perpetuò precare fausta.

Observantiæ E. scripsi.
JOHANNES FRIDERICUS HULDENREICH.

Clausit in orbe diem extremum THEODORA MARIA,
Hubrigii Magni Filia chara Patris.
Hinc meritò afficeris luctu, mœrore, qverelâ,
Magne Patrone, simul conjuge cumq; tuâ.
Linquite sed gemitûs, in cœlo Filia vivit,
Cœlesti & fruitur Nectare & Ambrosiâ.

Sympath: ergò Scripsi
JEREMIAS HULDENREICH JUNIOR,
Scholæ Namsl. Alumnus.

Votum

Lugubre cum ſororculæ piè defunctæ fratribus colloqvium:

Sic THEODORA
Ergò MARIA,
veſtra ſororcla,
ivit ad umbras?
illa tenella,
bella puella.
Heu! THEODORA
Noſtra MARIA,
cara ſororcla,
ivit ad umbras
illa tenella,
bella puella.
Sed bene veſtra
ivit ad umbras;
illa ſororcla,
tam pia Virgo,
tam proba virgo,
Qvæ bene terræ
vixit in orbe,
vulnere Chriſti, &
Morte redemta,
Et prece Chriſtum
Eſt venerata.
ò bene! ſic eſt:
Qvi male ad umbras,
Noſtra ſororcla,
Tam proba virgo,
Tam pia virgo,
vulnere Chriſti,
Morteq; nixa,
Qvæ prece Chriſtum
Eſt venerata,
ire poteſtur?
Imo beatam
Cœlica veſtram
Aula recepit
rite ſororclam,
Principe Chriſto.
Credimus & nos,
Hancce ſororclam
Cœlicam in Aulam
Eſſe receptam, &
Laudis acerrâ
grata Jehovæ
Thura litare:
Corpus & Ejus,
Marmoris urnâ,
Molliter altâ
pace cubare.
Ergò dolorem
mittite veſtrum:
Cùmq; JEHOVA
Tam GENITORE
vos beet AMPLO,
Tam GENITRICE
vos beet AMPLA;
ſupplice vos hunc
corde rogate,
Servet ut ipſum
corpore ſanum
menteq; Patrem!
Servet & ipſam
corpore ſanam
menteq; Matrem!
Mittimus ægrè,
crede, dolorem:
Supplice verò
corde rogamus,
usq; PARENTES
ſoſpitet AMPLOS
Sanctus Jöva!

βαθυψύχως condolentis

SAMUELIS Krieſchke/ Vratislavienſis,
Schol. Olſn. Alumni.

ARA
IN
PIÆ MEMORIÆ
ARRHAM
FILIOLÆ ET SORORIS
ERECTA
A
PARENTE ET FRATRIBUS
MOESTISSIMIS
ANNO
ÆRÆ CHRISTIANÆ
cIↃ IↃC LI.

FILIOLÆ VIOLÆ ceu vernant, ſic qvoq; langvent:
Sole nitente nitent, Sole cadente cadunt.

OLSNÆ SILES. ex Officinâ Typogr. JOHANN-SEYFFERTI.

Richardus Stanihurſt, de reb. Hibern: referent. Beſoldo, in conſid. Polit: Vitæ & Mortis.

Luctus non debet eſſe immodicus, more HIBERNORUM, qvorum Mulieres primùm per vicos & campos curſant, & ululatu omnium aures obtundunt: poſteà in templo buccis inflatis declamant, capita nudant, crines lacerant, feriunt frontem, palmas extendunt, manus in cœlum extollunt, mortuorum operimenta diloricant, cadaver amplexantur, oſcula infigunt, & cadaver humari vix permittunt: ratio hujus & aliorum Gentilium inſaniæ absq; dubio fuit, qvòd nullam certam haberent ſpem, reſtare aliqvid ſui poſt mortem: ſed luctus debet eſſe moderatus, qvalem ſacra ſcriptura nobis commendat, aliàs ſecuritatis eſſet argumentum, ſi qvando juſtus perit, & nemo conſiderat. Sic commendatur luctus ABRAHAMI ſuper obitu SARÆ, JOSEPHI: ISRAELITARUM ſuper obitu AARONIS, MOISIS, SAMUELIS: DAVIDIS; ſuper obitu SAULIS & JONATHÆ; Populi JUDÆ, JERUSALEM, JEREMIÆ, ſuper obitu Regis JOSIÆ: Matris in civitate Nain, ſuper obitu Filii unici: & ipſe CHRISTUS Salvator noſter lachrymas profundit intuens LAZARI ſepulchrum. Quia luctus, ſi moderatè fit, naturalis eſt, proveniens ex ſtorgis naturalibus: fieri enim non poteſt, ut nobis illius mors amara non ſit, cujus dulcis & jucunda erat vita. Imò

Triſtius aufertur, qvàm non conceditur, infans.

D. IMM. S.

VIATOR AVE,
ET SISTE PARUMPER,
CUM ÆQVE TIBI IMMORTALITAS NEGATA:
DISCE, PERPENDE, COGITA
ORTUS TUI RATIONEM CADUCAM,
VITÆ EXIGUUM TERMINUM,
MORTISQ. INEVITABILE, ET INELUCTABILE
FATUM, EJUSQVE HORAM
INCERTAM QVIDEM, AT VERO
QVOTIDIANAM, IMO
MOMENTANEAM,
PRÆSENTISSIMAMQVE.
NATURÆ SIQUIDEM HIC CURSUS,
HÆC FATI IMMOTA LEX EST,

ORTA UT INTEREANT.

ETENIM
DIES TUI SUNT UMBRA INCLINATA,
ET TU QVASI HERBA ARESCES,
AC LICET TANQVAM ROSA FRAGRES,
SPINIS TAMEN FLACCESCES,
TANDEMQVE CONCIDES.

ADEOQVE
SICUTI OMNES UNA MANET NOX,
ET CALCANDA SEMEL VIA LETHI:

ITA
D. T. O. M.
ANIMARUM SPONSO FIDELIUM
DISPONENTE,
Omnia qvi vitæ in lucem momenta reponit,
In qvo mors Solo vitaq; noſtra ſita eſt;
UT ROSA EXARUIT:
HOMO ESSE DESIIT:
MORTALESQ. EXUVIAS
CUM COELESTI STOLA, BEATE
COMMUTAVIT
DOROTHEA MARIA
HUBRIGIA,
PUELLARUM FLOSCULUS:
PARENTUM DELICIUM:
PROSAPIÆ DESIDERIUM:
IN PRIMO ÆTATIS VERE, FLORIDOQVE
VIRTUTUM PROGRESSU
INTER
MOESTISSIMOR: PARENTUM
AMPLEXUS ET OSCULA
VIOLENTO ET INCURABILI ASTHMATE EXTINCT:
ET PARENT: SUPERST: EX ULNIS ET OCULIS,
NON ANIMO VEL MEMORIA,
SUBLAT. *D. XVI.*

D. XVI. M. JUNII: H. VI. VESPERT.
A. R. S.
Quem ex Pſalmo 116. v. 9.
PIA ANIMULA HISCE VERBIS EMPHATIC: NUMERAV.
PLaCebo DoMIno.
NIMIRUM
NE INTELLECTUM IPSIUS MUTARET MALITIA,
AUT ANIMAM DECIPERET DOLUS;
SED UT
BREVI CONSUMMARETUR, ET EX HAC FRAGILI, ET TUMULTUARIA RERUM HUMANARUM CONDITIONE, IN COELESTEM PATRIAM, PLACIDO SOMNO, QVEM BEATA PUELLULA ALIQVOTIES, INTER ADSTANT: SUSPIRIA, PRECES ET LACHRYMAS, ANXIE DESIDERAB. AT ILLUM VIVA INVENIRE NON VALEB. PIE TRADUCERETUR, ATQVE CORONA IMMORTALITATIS GLORIOSE
CORONARETUR,
POSTEAQVAM VIXISSET ANN. IV. MENS. I. MIN. VII. HOR.
ATQVE ITA
PATER SPIRITUUM,
QVAM DEDERAT, RECEPIT IDEM AMARA MORTE,
DOROTHEAM MARIAM.

 cujus

CUJUS IMMATURAM MORTEM
NEMO BONUS NON DOLUIT.
VERUM
SICUT DOMINO PLACUIT, ITA FACTUM EST:
SIT NOMEN DOMINI BENEDICTUM.
INTEREA
NATÆ OB RARAM OBSEQVENDI PROMPTITUD. DESIDERATISS. PRÆPOSTERO NATURÆ ORDINE, INSPERATUM HOC MEMOR. SACR. ET PATERN. PIETATIS EXTREMUM OFFICIUM

JOHANNES HUBRIGIUS

ILLUSTRISS: PRINC: WÜRT: ET OLSN:
CONSILIARIUS ET CANCELLAR.

NEC NON

SUSANNA MARGARETHA SCHMIDMAIERA

PARENTES MOESTISSIMI
ET
SUBSEQVI EXOPTANTES
IN
BEATORUM REPARATIONIS SPEM
MULTIS CUM LACHRYMIS
CONTRA OMNE VOTUM
P. P.

CUM

CUM UNICO HOC
PATERNI CORDIS ET ORIS
SOLATIO:
O BEATA FILIOLA! O CORONATA SPONSULA!
SEQVEMUR TE, UT IN CHRISTO VIVAMUS TECUM.
VIATOR
VALE, ET ABI.

Psalm. 4. v. 9.
In pace dormio & reqviesco.
Ad Beatam Filiolam:

NAta Patris, Matrisq; Amor, & Suprema Voluptas,
En Tibi, qvæ nobis te dare Morta vetat,
Busta damus, tristesq; notas, hinc invida qvando
Mors immaturo funere te rapuit.

RESPONSIO B. FILIOLÆ:
Ah Pater! ah Mater! demisi membra qvieti,
Jam curæ fugiunt, nunc timor omnis abest.
Spiritus Elysio felix spatiatur in horto,
Donec restauret vis rediviva cutem.

DIES MORTIS, ÆTERNÆ VITÆ NATALIS EST.
Tho-

Thomas Morus:

Vita humana curſus ad Mortem.

Nugamur, mortemq́ procul procul eſſe putamus:
At mediis latet hæc abdita viſceribus.
Scilicet ex illâ, qvâ primùm naſcimur horâ,
Prorepunt juncto vitaq́ morsq́ pede.
Partem aliqvam furtim, qvâ ſe metitur, & ipſam
Surripit è vitâ qvælibet hora tuâ.
Paulatim morimur, momento extingvimur uno,
Ut lampas oleo deficiente perit.
Ut nihil interimat; tamen ipſo in tempore mors eſt:
Qvin nunc intereà dum loqvimur, morimur.

* * * *

Dorothea eXpIrat fato VoLVente Marla
HVbrIgIa, InqVe poLo SponſaVenVſtaVIget.

MNE-

MNEMOSYNON

à Filiolâ meâ b. m.

DOROTHEA MARIA,

qvatriduo ante beatum obitum, XIII. M. Junii ♂, hiſce verbis mihi relictum:

Wann der Todt kombt / ſo müſſen wir alle ſterben.

Vulgivagum ſcitum regerit dum vera roganti,
Qvòd miſeri intereà dum loqvimur, morimur,
Adſtruo ſponte fidem, folium recitare SIBYLLÆ
Non opus eſt, tripodis vel retinere ſonum.
Namq́ domi mihi ſunt ſimilis monumenta coloris,
Et proprio luctu vulnera cruda rigent.
Nigra thori fructus viridantes ATROPOS occat,
Præ foribus taxum conſtituitq́ meis.
DOROTHEA heu cecidit docilis mea Gnata MARIA!
Et properè; intereà dum loqvitur, moritur.
En Lector! tempus fraudare Puella ſolebat,
Ocia nec poterat langvida ferre diu.
Rebus at aſſiduis miſcebat puncta diei,
Puſiolæ veluti ludere ſæpè ſolent.

Tractabat pariles nimiùm conſpecta labores,
Dum vacat ad mortis frigora qvarta dies.
Ordine diſponit modò dicti temporis horas,
Conatu vario ſurripit omne lucrum.
Dulcia qvàmprimum turbaſſet munera ſomni,
Me videt, ac lucis fata ſerena vovet.
Tendenti Patri gravia ad piſtrina laborum
POSTREMÒ* ſolitam ſe Comitemq́; gerit * d. 13 m. Junii hor. ſecunda veſp.
Κωφάλιον poſthac, cimelia, ſuccina, pupas,
Et qvas ſervabat ſedula pandit opes.
Occupat ecce latus MATRIS tum fila trahentis,
Cujus ad exemplum ſtamina tractat acu.
Moris ut eſt, poſcit, colludit, pſallit, & orat,
Res comportatas ordinat ipſa ſuas.
Protinùs at mentem (qvo fato, neſcio) *mutat,*
Et ſtupor extemplò gaudia caſta movet.
Triſtior incedit, faſtidit dona Parentum,
Intonat hanc odam voce ſonante piam:

HERR GOTT dein G'walt ꝛc.

I.

DEUS, tua
Vis vibrat omnia,
Ne paveamus, age:
Eſt obvia,
Turpatq́; corpora,
Spes animoſa VALE: En
En horula
Dat ora pallida!
Tu citò cuncta tegis,
Sit vita qvamvis labilis;
Tu tamen hancce regis.

II.

Manum tuam
Si pandis optimam,
Juſte JEHOVA DEUS,
Fac cognitam
Talem Potentiam:
Nemo ſit atq; reus.
Exſuſcita,
Divina nuncia
Et tolerare doce.
Noscrux, pavor, ne ſeparet,
Tu Bone CHRISTE jube!

III.

HEROS poli,
Potensq́; REX ſoli,
Parce, teneq́; TUOS:

Qvi vis coli,
Ex corde ſupplici,
Suſcipe qvæſo PIOS,
Hæc nam tua
Præſtat Potentia,
Firmaq; corda facit,
Nos mortis ex formidine
In Pietate rapit.

Sic Pia cùm memori ceciniſſet voce Puella,
Conticuit, pauſam fecit & ore brevem.
Omine concepto triſtem cur plangeret odam?
Qværenti Famulæ talia verba refert:
Mors cita qvando venit, cuncti moriamur oportet:
Me, Patrem, Matrem, Teqvoq; mors rapiet.
Vlteriùs tentabo viam, nunqvamq; revertar,
Et tunc ex oculis decidet unda tuis.
Subſilit eventus, nam vix lux qvarta ſecuta eſt, d. 16 Jun.
Hæc mea DOROTHEE dum loqvitur, moritur.
Siſtite Lectores; *ſeqvitur mors pallida vitam:*
Credite, qvod miſeri dum loqvimur, morimur,
Exempli ſpecimen præfert mihi Gnata Parenti,
Perpetuæ ſtatuit Mnemoſynonq; notæ.
Namq; dies intra qvatuor, moderante JEHOVA,
Stat, langvet, moritur, còntumulata jacet.

Vulnera

Vulnera crudeſcunt, tacitâ cùm mente voluto,
Ordine turbato qvòd citò funus agit.
Ingenii dotes, reputo ſi munera morum,
Dulce Dei Donum Mi THEODORA fuit.
Reſpicio aſthmaticas luctas, & mortis agonem:
Acris amarities facta MARIA mihi eſt.
Abſtineo plectrum; *ſortem committo JEHOVÆ,*
Cujus velle meum, nolleq; nolle meum.
Luctificos etenim qvi neſcit tergere leſſus,
Eſt ſimul indignus ferre brabéa poli.
Laurea certanti confertur qvippè corona,
Nec tepidum Nilum Fortis inire ſolet.
Et licet ante diem flacceſcat TULIPA *præſens,*
Jam tamen æterno veris honore rubet.
Salve DOROTHEE, *tua nunc ubi membra qvieſcunt,*
Non eſt in totâ tutior urbe locus.
Te fruſtrà qveritor, remanes hìc grata MARIA,
Vivis & in cœlo nunc THEODORA mihi.
Et qvia Mnemoſynon mortis me ducit ad urnas,
Mox ſeqvar, ut potiar proſperitate tua.
Reddo tibi intereà luctùs monumenta paterni,
Hæc tibi ſint dotis, Gnata tenella, loco.
Buſta tua exornent CHARITES violisq; roſisq;,
Elogio hæc jungant carmina digna Cedro.
En flos vernus eram, ſed flos fuit ille caducus:
Sic cecidi ut poſſem ſurgere tectus humo.
Non poſthac recidam: me Flos de Jeſſe coronæ
Cœleſti inſeruit, ne detur, unde cadam.

DO-

DOROTHEA MARIA.

Per Anagramma.

Jam horreo data.

DOROTHEÆ *est mihi nunc δῶρον cœleste repostum,*
Jam *mundi impatiens* horreo *qvæq;* data.

DOROTHEA MARIA HUBRIGIA.

I, ah dormio! ah regia turba!

I *mundi insidiosa qvies*, ah dormio *tuta!*
Me fovet ah *sancti* regia turba *chori!*

Aram hanc memorialem
Ultimi honoris & amoris testandi causa,
FILIOLÆ
Ob Pietatem, Modestiam, Obedientiam
DESIDERATISS:
erigeb.
ex Paterno affectu,
Cum DEO benevolente Secuturus Parens

Johannes Hubrigius,
Illustrissimi PRINCIPIS Würtenberg. Teccens. & Olsnensis Consiliarius & Cancellarius.

Salu-

Salutem & Consolationem,
à
Deo totius consolationis,
cum obseqviosa pietate!

SIc DOROTHEA MARIA, *germana illa probitatis Maternæ effigies, & Tuæ deliciæ, mi Pater, discessit, & reliqvit Tibi triste sui desiderium! Idq; ob meliorem virtutis indolem atq; amabilium morum elegantiam, qvâ ipsam eximiè ornatam fuisse verè affirmare possumus. Doleo sane qvàm dolenter Hujus inopinum discessum: eoq; magis doleo, qvòd animum Tuum hæc plaga, haud secus atq; teredo ligna, & tinea vestes, arrodit, & absumere potis est. Qvare meum probi filii esse arbitror, ut probitatis contestandæ causâ, ad minuendum mœrorem Tuum, qvamvis ipse mœrens, aliqvid ad Te scribam. Sedutinam calamo jam influeret solatii guttula, qvâ Tibi pectus gravi vulnere saucium adspergere, & ingentem Ejus dolorem qvadantenus lenire possem! Periculum tamen faciam, non qvòd Christianæ prudentiæ Tuæ diffidam, sed ne in tali & tam acerbo casu, pio filii officio deesse inveniar. Ter Maximus & semper Optimus* DEUS, *Tuus atq; Filiolæ Pater, est ille, qvi Hanc ad se recepit. Doles autem? perperàm. Qvid enim doles, qvod à* DEO, *à cujus nutu & εὐδοκία pendent omnia? Qvin id esse à* DEO, *Te non fallit: utpote qvi cum aliis Christi Fidelibus qvotidie rogas,*

imò

imo decumbente Filiolâ ſæpius rogaſti; ut hat voluntas DEI: *En! factum eſt, qvod in* DEI *voluntatem reſignaſti. Acqvieſce igitur, & ſtatue ſic expediiſſe, &* DEUM *nihil omninò niſi qvod è re atq; ſalute noſtrâ noſtrorumq; eſt, velle atq; adeo perficere.*

Sed luges, qvòd citius viam vitæ Filiola finierit. Qvid qvæſo qverelis proſeqveris, qvæ compendium fecit humanæ miſeriæ? Philoſophorum qvendam interrogatum, qvidnam eſſet vita, cubiculum ingreſſum eſſe, ferunt, & actutùm egreſſum: Qvo greſſu ceu penicillo egregiè depictum ivit humanæ vitæ velocitatem. Sanè vita hæc noſtra qvid eſt niſi velox via, à matre ad matrem? ab eâ, qvæ homo, ad illam qvæ humus. Qvòd ſi in tantillo, qvod vivimus, moleſtias contueris, id etiam puero longum; ſi velocitatem, etiam ſeni anguſtum eſt. Omninò vita hæc nihil niſi miſeriarum abyſſus eſt, ubi nos tot periculis, tot morbis, tot caſibus, curis, incommodis, moleſtiis, injuriis obnoxii ſumus, ut mortuam ſaltim vitam & vivam mortem inter labores ac dolores trahamus. Qvid ergò DOROTHEOLAM MARIOLAM *jam beatulam illam voto è cœlo revoces in tantam tot malorum lernam? Gratuleris illi potius, qvàm lugeas, qvòd iſtam evadens tam citò decurrit vitæ ſtadium, & pervenit ad metam, ad qvam nos tendimus. Ubi indepta jam eſt Brabéum coronæ immarceſſibilis, qvâ redimita illam certè felicitatem ſpirat, qvam Tu, mi Pater, nobiſcum ſperas.*

Obſtrepit qvidem paterna στοργὴ ingemiſcens: Eheu! obiit ea ſuboles, apud qvam præ reliqvis fuit maxima mei caritas! obiit ea ſuboles, erga qvam & apud me fuit maxima caritas! *Sed obſecro Te, mi Pater! ſi amiſſam, vel potius è cœno in cœlum præmiſſam,* DOROTHEOLAM MARIOLAM *ita deamas, aut deſideras, annon hac ratione injurius eſſe videris in* DEUM, *& in nos vitæ ſuperſtites liberos? Etenim* DEUS, *qvi unà ſaltim filiola Te orbavit, nos qvatuor Tibi adhuc indulget, qvi æqvè ac qvondam illa, ſani, æqvè vegeti, æqvè alacres exiſtimus ad Tui amorem atq; obſeqvium. Pro hac unâ mortua, nos qvatuor ſubſtitue vivos: qvibus ſpem atq; expectationem amiſſam abunde ſupplere, atq; adeo ſuperare potes.*

Verùm Te fortasſis magis capit amor Filiolæ, qvàm Filii? Eſto: habes etiam ſuperſtitem Filiolam, qvæ non ſecus ac beata illa, formoſa eſt, blandula eſt, & ſummæ pietatis ſpem ſpirans, ad qvam à piiſſimâ Matre curatè informatur. Hujus blanditiæ, amplexus, oſcula, dimidiatæ voculæ, ſuſurri, joculi, ac piæ inprimis precatiunculæ, poſt exantlatos rerum gerendarum labores, animum Tuum & vires laſſatas dulciter recreare & reficere poſſunt.

Coërce itaq; dolorem, & cogita fortiter ferendum eſſe, qvod DEUS *Te ferre voluit: cum obverſatur animo, qvòd citius Filiola mortem oppetierit: cogita, mortem non eſſe citam bene morienti, ac miſeriam hujus temporariæ, cum æternæ illius vitæ felicitate commu-*

tanti. Cum ſuccurrit, qvòd Tuorum pignorum cariſſimum amiſeris, cogita, DEO repoſcenti ſuum pignus & depoſitum, qvod ad Tempus Tibi dederat, reddendum fuiſſe: & Te ab ipſo adhuc habere alia pignora Tuæ & Maternæ virtutis æmula. Atq; his cogitationibus animum Tuum erige, & Tibi ab immodico dolore tempera.

Sed pudet me filium puerum ad Te Parentem Virum ſapientiſſimum pientiſſimumq; hæc ſcribere: qvæ qvaliacunq; ſint, meus in te amor & pietas expreſſit. Scio eqvidem, qvòd mavis audire ipſam DOROTHEAM MARIAM: Ecce Tibi illam adſtantem & ita loqventem:

Ne Tuum mittas animum dolore
Adfici tanto, Genitor Colende;
Qvòd Tuus ſim nunc oculis ademta
cuſpide mortis.
Ipſius vitæ bona non reliqvi,
Sed malo mundo ſua mœſta; captans
Læta, qvæ cœlo mihi ſunt parata
ſangvine CHRISTI.
Ergò concedas meliore vitâ
Me frui, qvâ non patior dolores
Corporis, mundi mala nec timeſco,
omne per ævum. Te

Te Patrem CHRISTUS facie benignâ
Adjuvet ſemper, Genitrice cumq;,
Fratribus, parvâ regat & Sororclâ
Flamine ſacro.
Et, qvod ipſa oro, lacrumis deinceps
Pluribus parcas, animum tuendis
Et Tuis Caris dare porrò vivas:
vive valeq;!

DOROTHEA MARIA.

Per Anagramma:

Amata heri Odor.

Protinus occumbit, palletq; Sororcula amata,
Dulcis heri *nobis qvæ redolebat* odor.

Des Seeligen {Töchterleins / Schweſterleins} Dorothea Maria Hubrigin

Valet-Lied/

Und eylfertiger Seeliger Abſchied

Von ihren lieben {Eltern / Brüdern}

Auff dem francken Betlein genommen/
den 16. Junii 1651.

1.

DJe Zeit ist herbey kommen /
Daß Ich werd weggenommen /
Aus dieser bösen Welt:
Ihr {Eltern / Brüder} solt nicht weinen /
Gott eylet mit den Seinen
Hinweg / wenns Ihm gefelt.

2.

Mein Lauff ist bald vollendet /
Die Engel sind gesendet /
Zu Gott ich kommen sol:
Der wil Mich näher haben /
Mit freuden ewig laben /
Adieu gehabt euch wol.

3.

Hier mit seyd GOTT empfohlen /
Der mich Früh lest abholen /
Und bringet zu der Ruh:
Ersetz euch von den Jahren /
Die mir nicht wiederfahren /
So viel ihr wollet / zu.

Sororculæ suæ desideratissimæ nomine
Lugens faciebat

JOHANNES FRIDERICUS HUBRIGIUS,
Bernstadiensis.

Si scire vis, in cryptulâ,
Qvis hic cubet, pedem fer huc;
DOROTHEOLA est MARIOLA,
HUBRIGIA & Natalibus:
piissimarum floridus
Virgunculârum flosculus,
Nitens corolla virginum,
Parentium pectusculum,
sol, & decus lectissimum:
Talis cubat in hac cryptulâ.
In urbe nostra visita,
summos & infimos roga?
Et audies: fuit optima
Ac virginum piissima
DOROTHEOLA HÆC MARIOLA.
Hoc corculum carissimum
DEO remisit spiritum:
Qvi cœlico vivit choro,
sonatq; læta jubila,
Beatitati consona.
Corpus qvieſcat molliter,
donec resurgat svaviter.
Hanc nos seqvamur fortiter!

DOROTHEA MARIA.

Per Anagramma:

At hodiè amaror.

Dulcis heri nobis odor ecce Sororcla fuisti:
At *nobis* hodiè *sparsus* amaror *ades.*

Der Hochbetrübten Eltern /

BegräbnüsTrost /

Aus den letzten Worten:

Ich wil Schlaffen.

1.

UNser Schwester ist begraben
In dem Früling ihrer zeit /
Sie sambt ihren Schönen gaben
Liegt erblast und Abgemeyt!

Dis betrübt der Eltern Hertzen /
Schneidet wunden / machet Schmertzen.

2.

Aber wenn Sie wol erwegen
Ihren Spruch / vor Ihrem todt /
So muß sich der Kummer legen /
Daß Sie ruhet sanfft in Gott:
Ich wil Schlaffen / sprach Sie / höret /
Lasset mich doch ungestöret.

3.

Ey so schlaff im HErren stille /
Liebe Schwester / schlaff wol aus /
Gott wird abthun deine Hülle / Es. 25. v. 7.
Und dich aus dem Todten-Haus /
Frölich ohne Furcht und Schrecken
Zu dem Leben aufferwecken.

Sororculæ Carissimæ dolenter
hæc scribebat

JOHANNES CHRISTIANUS HUBRIGIUS.

HOc subter cubo fornice
Virgo Dorothea Hubriga:
Quondam dulce Decus domi,
Lux splendens mage stellulis,
flos fragrans mage liliis:
Dulcor, crede, Parentibus
Dulci Nectare dulcior:
Caris suave Parentibus
certè Delicium Meis,
Et præsignis amor fui.
At nunc triste Parentibus
Ah! sum cordolium piis.
Ah! sum cordolium piis
At nunc triste parentibus,
ob mortis cita spicula.
Quos hinc alloquor ultimùm:
ô mel-
o mellille Patercule,
mittas cordolium, rogo.
ô mellilla Parens, tuum
mittas cordolium, rogo.
Quod clemens voluit DEus,
ut qui cuncta facit bene;
Id vobis placeat pie!
Mundi tristia cœlicis
Is pensat mihi gaudiis.

DOROTHEA MARIA.

Per Anagramma.

O Mater, ah radio!

O *mea, cur luges, Charissima, funera,* Mater?
Ah radio *veluti lucida stella poli!*

VALET RESOLUTION.

GOTT der ordnet unsre Sachen
Und weiß alles gut zumachen /
Auch wenn Er unß wandern heist
Und weg nimbt des lebens Geist.
Der hat dieses auch erwogen /
Und die Schwester unß entzogen /
Durch den alzufrühen Todt
Sie gerissen aus der Noth.
Was derhalben Ihm beliebet /
Wann Er tröstet und betrübet /
Das ist immer alles gut /
GOTT nichts böses an uns thut.

Hisce Glyconicis Oculissimæ Sororculæ
desiderium testabatur lugens Frater
JOHANN-ERNESTUS HUBRIGIUS.

FINIS.